



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Responsa De Ivre Canonico Præsertim Novissimo**

**Zype, Frans van den**  
**Antverpiæ, M. DC. XLV.**

De regularibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73071)

energia latè Euerard. in loc. legal. A maiori; præsertim dum famuli esse pridem deserunt, quippe qualitas adiecta verbo intelligitur secundum tempus verbi. l. in delictis. §. si extraneus. D. de noxal. glem. si benef. de præbend. adeoque quod dici solet de testibus domesticis repellendis intelligitur de ijs, qui domestici sunt tempore quo testantur, seu repelluntur.

Sed & videndum est an testimonijs & munimentis possessio quadragenaria sit satis probata? & quidem ad illius probationem sufficit probare principium, & finem, & aliquid de medio. gloss. in c. volumus. v. inconcussam. 16. q. 4. Bart. in l. Celsus. D. de usucapion. eo enim ipso continuas mediorum præsumitur, quod extrema probeatur. Menoch. de præf. l. 6. n. 1. & 13. sed si uterque possessionem inuicem contrariam præterdit, aut alter præscriptionem, alter interruptionem; ab utraque parte testes recipiuntur; & si probata fuerit interruptio, præscriptio non tenebit. c. illud. X. de præscript. vt etiam immemorialis præscriptio cesset si qua de visu vel auditu sit in contrarium memoria. l. 2. §. item labeo. D. de aqua pluua arc. l. 8. arbiter. 28. D. de probat. probanda fuisse ergo à DD. Actoribus interruptio; si ante 40. annos, & de præfenti D. Reus probarit proprijs operis aut sumptibus monasterij terras fuisse cultas, & fructus à decimis immunes auectos.

Et quamuis daremus DD. Actores habere intentionē fundatam in generalitate iuris decimandi, quoad duas tertias; tamen, quoniam & illud ex priuilegio natum est; & contra dispositionem iuris: d. c. sua. §. fin. X. de decim. imperfectæ probationes facilius recipiendæ sunt. tum propter fauorem antiquitatis d. monasterij; vt passim illum DD. admittunt, tum propter causam d. c. ex parte. 10. X. eod. quod olim, omnibus ferè religiosis gene-

raliter de laboribus fuerit concessa immunitas. vt ibidem dicitur. imò tum ea quasi iuris communis fuerit, d. c. decimas. cum monasterium hoc construeretur, eoque in principio fundationis illa vfos nostras fuisse; aut has terras olim ad culturam redegit; & sic ex noualibus (quales semper exinde manent c. fin. X. de decim.) decimas non soluisse, probari censetur. arg. à communiter accidentibus. quia præsumitur pro eo, quod communiter accidit. aded vt onus probationis contrariæ transferatur in aduersarium. Euerard. ubi sup. l. c. communiter accidentibus. & quia mutatio non faciliè præsumitur. Menoch. de præf. 37. 42. & alij pluribus seqq. eiusdem libri. & ex præfenti possessione præsumptio inferitur de præterita. Moneta tract. de decim. c. 5. n. 74. 103. & seqq.

Si tamen imperfectior probatio videbitur, poterit redire D. Reus ad possessorium iudicium, quod semper licet. l. naturaliter. §. ni il commune. D. de acquir. poss. vlt. que ad causam conclusam. c. pastoralis. X. de caus. poss. & proprii. vt hac causa per appellationem redacta est ad statum litis contestate. l. furri. 6. D. de his qui not. infam. In possessorio autem iudicio postiorum aliquot annorum possessio satis sufficiet ad securiorem spem victoriæ. ac deinde, si repetatur causa petitoria, secundum possessorem erit iudicandum, nisi de iure petitoris euidenter doctum erit. §. retinenda. in §. de interd.

De regularibus.

RESPONSVM I.

De Donatis, an sint veri religiosi?

VT quis verè sit religiosus requiritur professio expresse, vel

12.  
Probandū  
principium  
& finem.

13.  
Medium  
an præsumitur,  
an interruptio?

14.  
Antiquitatis  
fauorabilis  
probatio.

vel tacite facta alicui de religio-  
nibus per Sedem Apostolicam ap-  
probatis. *c. vn. de vos. in 6. eiusmodi*  
votum non faciunt Donati, sed so-  
lummodo obedientiæ & fidelita-  
tis. quod, etsi fiat in manibus  
Prælati, simplex dimitaxat est, non  
solemne. vnde concludit Cara-  
muel in *Cōment. ad Reg. D. Benedicti.*  
*disp. 36. n. 409.* monachos illos non  
esse, sed monasterij famulos; di-  
mitti posse; quamuis non exire,  
sine licentia Superioris. imò virtute  
promissæ obedientiæ non posse  
imperari eis castitatem, aut pau-  
peratatem. quod illa tantum se ex-  
tendat ad fidele seruitium, non  
virtutes regulares imperandas.  
quamuis verò ex simplici voto  
non possit irritari matrimonium;  
impediri tamen posse eo loci vi-  
debitur, vbi pridem non obedi-  
entia tantum, sed & castitas, & pau-  
peritas à se offerentibus fuit ex-  
acta. vt decretum Ordinis Cister-  
ciensis an. 1233. & aliud. 1213. de  
tonsurâ & peculiari habitu refert  
*ibid. Caramuel. n. 411.* & simili  
formula non obstante ait censen-  
dos tantum promittere iuxta leges  
monasterij. eoque, si vel expressum  
sit Donatos per votum suum non  
fieri veros religiosos, cum illud  
facerent, vel leges Ordinis aut lo-  
ci ita habeant, statuendum est se-  
cundum illas receptos per huius-  
modi votum non aliud consequi,  
quàm quod verbis expressum, vel  
huiusmodi legibus cautum est.

Cæterum sicuti Donati emit-  
tunt tria vota secundum regulam;  
vt in Benedictinorum congrega-  
tione Vallis-foletana, erunt veri  
religiosi. *Em. Rod. tom. 2. quest. reg.*  
*q. 78. ar. 2.* non illi qui sic non pro-  
mittunt. *idem eod. tom. quest. 21. ar.*  
*1.* omnis enim professio solemn-  
is debet fieri secundum regulam ali-  
quam approbatam. *d. c. vn. Em.*  
*Rod. tom. 1. q. 1. ar. 2. consonat Trid.*  
*s. 25. de reg. c. 1. in verb. vitam in-*  
*situant ad regula quam professi sunt*  
*prescriptum.* vnde & religiosi regu-

lares dicuntur, & per eiusmodi  
certæ regulæ professionem, sta-  
tum perfectionis assumere. *D.*  
*Thomas. 2. 2. q. 88. ar. 7.*

Facit c. in præsentia. *x. de probat.*  
per quod ait Panorm. non eò què  
monachum effici, quod quis do-  
net se & sua monasterio: sed re-  
quiritur professio regulæ appro-  
batæ, seu emissio trium votorum  
in religione approbata. vt non  
sufficiat illorum emissio in modo  
aliquo viuendi approbato, quam-  
uis per Sedem Apostolicam. vt  
glossa in *clem. cum ex eo. de sent. ex-*  
*commun.* habet modum viuendi  
tertiæ regulæ S. Francisci appro-  
batum esse à Nicolao Papa; sed  
non pro regula: vt nec fiat reli-  
giosus qui illum profitetur. *& se-*  
*quitur Nauarr. cons. 12. de reg. per-*  
*rationem quam diximus. & iterum*  
*cons. 7. ibid. in fortioribus terminis,*  
*quin & generatim cons. 81. & 82. ibid.*  
respondit Donatos non esse mo-  
nachos. & nuncupatim oblatos  
collegio turris nouæ speculorum  
ex eiusmodi defectu non esse mo-  
nachos, promissâ quamuis obe-  
dientia, paupertate, & castitate.  
quòd promissâ obedientia huius-  
modi non esset monachalis. scili-  
cet quæ secundum regulam fiat.  
quare & Nauarrus *& gloss. in clem.*  
*1. de decim.* ait constitutionem  
pœnalem aduersus monachos, non  
comprehendere Donatos. vnde &  
Lud. Miranda in *Man. prælat. quest.*  
*29. ar. 2.* illam sententiam, quod  
Donati non sint monachi, certissi-  
mam esse ait apud omnes. imò  
minus esse Donatum, quàm Con-  
uersum passim omnes tradunt *ex*  
*c. ex eo. §. 1. de elect. in 6. c. vt prin-*  
*legia. de priuil.* & verò cum non ea-  
dem formula profiteantur mo-  
nachi & Donati, & forma det  
esse rei; *c. in ciuitate. & ibi gloss. de*  
*vsur.* omnino est statuendum non  
hos, vt illos, esse monachos.

Neque his obstat, vt ait Nauar-  
rus *d. cons. 7. ex Panormitano alijsque*  
*in Rub. c. 1. de reg.* quod videatur

M 2 verè

2. Vota fa-  
ciunt se-  
cundum re-  
gulam, non  
soluta can-  
onem.

3. Vbi Donati  
proficientur  
secundum  
regulam  
sunt veri  
religiosi,  
non alibi.

4. Non si tan-  
tum donent  
se & sua  
monaste-  
rio.

5. Aut secun-  
dum lauda-  
bilem mo-  
dum iuere  
voueant.

6. Etiam pro-  
missâ obe-  
dientia, ca-  
stitate, &  
paupertate.

7. quamvis in manu potentis aggregare conventui seu Corpori nisi id velit, & quo potest modo.

verè esse religiosus, qui vouit tria substantialia vota religionis, in manu eius, qui potest eum aggregare religioni approbata: *arg. c. cum ad monasterium. de stat. monach.* id enim accipiendum est, ut qui potest aggregare, etiam velit, nam actus agentium non operantur ultra eorum intentionem. *l. non omnis. D. de reb. cred. c. fin. X. de preb. atqui nec mittens, nec recipiens vota Donatorum eos intendit fieri religiosos, ubi illa non emittunt secundum certam regulam approbatam; sed secundum quædam statuta non approbata, ut regulam, sed tantum ut statuta, & laudabilem viuendi modum.*

Iterum non obstat, secundum *Nauarrum d. conf. 81. n. 9.* quod qui promittit obedientiam perpetuam, videatur promittere tria vota substantialia: *c. consuluit. x. qui cler. vel vouentes. ubi Innoc.* atque is sit religiosus: Donati porro illam promittant: quia non sufficit quælibet obedientia, sed requiritur monachalis: seu secundum certam regulam: at hanc non promittunt Donati. Et quamquam nec Societas IESV, nec Carthusiani habeant regulam; sed tantum statuta; ea tamen sunt approbata tanquam regula. qualis non fuit modus viuendi Congregationis, de qua *Nauarr. d. conf. 82.* in qua ea propter non obtinere præceptum clausuræ, monialibus præscriptum declarasse *Greg. XIII.* refert. ut de tertia regula S. Francisci diximus. quare & *Pius V.* Tertiarias iussit recipere regulam aliquam approbatam; & secundum illam emittere tria vota substantialia religionis; & ijs factis, cogi ad clausuram. tales etiam sunt *Commissi* in *Benedictinis Cassinensibus.* de quibus in illorum Declarationibus ad *c. 58. Reg. S. Benedicti.*

Et vero in Ordine D. Benedicti Congregationis Bursfeldensis triplex est dumtaxat differentia personarum: primo earum quæ choro

deputantur: secundo Conuersarum, quas vocant: tertio Donatarum, itaque professionis actus ad illorum aliquam speciem referendus est, neque enim Abbati cuius alias formulas proponere iure permisum est, ita ut votum solemne possit inducere. *c. 1. de relig. dom. in 6. de choristis* vota emittentibus secundum regulam, non est dubium: neque de fratribus laicis, quorum professio à choristis substantialia non differt; eoque veri religiosi sunt. *Caramuel in d. comment. disp. 36. n. 407. Vide Hastenium disp. mon. l. 3. t. 1. d. 8.* Sed an in Belgio conuersi, quos vocamus, eodem modo uocentur religiosi que sunt idem Caram. late quaerit *disp. 37. de Donatis* dicendum est, quamuis tria vota alicubi emittant, non tamen profiteri regulam; eoque solemnia illa non esse, ut diximus.

Rectè ergo *Caramuel n. 425.* facti circumstantias, in quaestione de Donatis proposita, examinandas esse dixit. & porro, ut solemnis sit professio, requiruntur, inquit, præter annum probationis & alia communis circumstantias, uocentur & acceptantis voluntas, & expressa professio.

In casu autem, de quo quaeritur, nec annus nouitiatus fuit, nec uoluntas acceptantis alia, quam Donatam recipere: nec uocentur, quam Donatam esse: ideoque cum in substantialibus conuenerint, & uocentur & acceptant, & cætera in considerationem venire non possunt ad mutandam rei substantiam; *Caramuel. ibid. n. 428. 431.* dicendum est Donatam, de qua quaeritur, ueram religiosam non esse; dimitti posse, matrimonium contractum ualere; quamuis contractum à nondum dimissa, impediri possit: in dimissa, uide ut philosophetur *Caramuel, & nihilominus Mirandam. d. q. 29. ar. 1. 2. 3.*

RESPON-

RESPONSVM II.

*Dereceptione valida, à qua inchoetur nouitiatus, & potestate recipientis.*

1. Receptione inualida, an potest ratificari, & retrahendo computari ab eo tempore nouitiatus potest?

Quoniam ad validam professionem praequiritur annus integer nouitiatus: *Conc. Trid. s. 25. de regular. c. 15.* & sicut ad professionem requiritur consensus illius, qui habet potestatem monasterio, seu Ordini incorporandi: *c. fin. de regul. in 6. Lessius de iust. lib. 2. c. 47. dub. 7.* ita & in receptione, habitusue concessione, à quo inchoari possit nouitiatus: *d. c. 15. in v. post susceptum habitum; Mirand. in Manual. tom. 1. quest. 15. per varios articulos.* neque potest quis receptionem, non legitime factam, retrahendo ratificare, nomine suo non factam; ex generali regula iuris, qua ratum quis habere non potest, quod ipsius nomine non est gestum: *c. 9. de reg. iur. in 6. si autem eius nomine esset facta receptio: probabile est ratificare posse. Lessius d. dub. 7. n. 62.*

Quamuis enim actus initio nullus à lege possit confirmari: vt in *l. cum hic stat. x. de donat. inter vir. & vxor. l. 2. c. si quis alicui vel sibi.* regulare tamen est, vt quod ab initio non est validum, tractu temporis non conualecat. eoque nec Superior, qui legi est subditus, retrahendo validare possit actum nullum; vbi lex disertè id non permittit. non ergo receptionem inualidè, & non suo nomine factam, retrahendo validare. eoque sequitur annum nouitiatus computari non posse à tempore receptionis inualidæ; sed demum à tempore, quo Superior consensus fit.

2. Receptionis summam ratio.

Et huiusmodi initij receptionis summam esse habendam rationem etiam ex eo constat; quod

Urbanus VIII. dispensans super non receptis secundum praescripta Clementis VIII. (quae habentur apud Quarant. in summa Bull. v. Monasteria. §. institutiones super receptione nouit.) in locis ad nouitiatum designatis bulla 2. April. 1631. adiecit clausulam, si modo ad habitum, alias canonicè essent recepti. canonica autem receptio requirit, vt diximus, in recipiente facultatem incorporandi monasterio, seu Ordini. nam prouincia, quasi prouinciae domo reputatur, vbi constitutiones eam communionem faciunt. *Suares tom. 3. de relig. lib. 5. c. 9.* vt in hoc Ordine, vbi recipi debent tanquam filij totius prouinciae. quae receptio instar adoptionis est, & quae iura Ordinis receptis tanquam filijs communicantur. eoque facienda est ab eo, qui toti saltem prouinciae potest incorporare. neque actus legitimi conditiones, aut partitiones recipiunt. *c. actus legitimi. de reg. iur. in 6. tot. tit. X. vt ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur.*

Porro in casu, de quo quaeritur, legitima fuisse receptio dici non potest; quia Vicarius super paucis conventibus ab Inter-Nuntio constitutus, recipiendi facultatem non habuit; quia nec ipse Inter-Nuntius, qui non potuit plus iuris in alium transferre, quam ipse haberet. datus enim fuit ille dumtaxat ad exercendam iurisdictionem contentiosam. *Breue retulimus supra Mandati. resp. 1. fines autè mandati diligenter sunt seruandi. l. 5. D. mandat. neque iurisdictione contentiosa demandata ad aliam potuit extendi. arg. c. dilect. x. de off. ordin. nec aliud in illum transijt, quam sine quo illa exerceri non posset; seu quod inde dependeat. c. praterè de off. deleg.*

Contentiosa porro iurisdictione exercetur in inuitos *l. inter stipulantes. §. 1. D. de verb. obligat.* vbi contra reum actor contendit. at hic non fuit contentio cum Prouinciali

3. Receptio nulla facta, an non habente potestatem. quam Vicarius non habet constitutus ab Inter-Nuntio, cui iurisdictione contentiosa tantum demandata.



ciali; quippe qui nec citatus fuit. nam omnium iudiciorum principium est citatio. §. omnium. Inst. de pœna tem. lit. sine qua, & litis contestatione non potest cenferi, aut subsistere iudicium. c. nunc. X. de litis contest. & quamquam in iudicijs summarijs, vt sunt regulariũ, litis contestatio non fit omnino necessaria; tamen nunquam citatio, defensio, probatio, similiaque omitti possunt. clem. sepe. de verb. signif. vers. non sic tamen. sed neque potuisset Inter-Nuntius inter illos aliud quàm ius dicere, & sententiam petitis conformem dare. d. clem. sepe de verb. significat. eoque non aliquem constituere pro aliquot conuentibus vicarium. tum quia nemo id petere poterat: nemo sine autoritate Apostolica diuidere prouinciam. tot. dist. 101. quod & inhiuit Nicol. IV. quoad prouincias regulares. Rodrigues quæst. regular. tom. 1. q. 23. ar. 8.

Denique esto constitui poterit ab Inter-Nuntio Vicarius aliquot conuentuum; cum iurisdictione quasi Episcopali: quam exigit illa administratio: cum nec legatus ex vi officij habeat collationem beneficiorum, quamuis simplicium; c. officij de off. leg. in 6. tamen mansisset illud officium, seu beneficium manuale ad nutum Superioris reuocabile. c. monach. c. cum ad monasterium de Stat. monach. neque officij vel beneficij naturam mutat, quod alter sic contulerit. clem. vn. verb. præmissa. de supplend. negl. pralat. vbi gloss. in verb. reuocari. quia eodem iure, quo primæuus collator, censetur conferre. ibid. in verb. negligentiam super hoc suppleant eorundem. Sanchez in præcept. 1a lib. 7. c. 29. n. 133.

Possit autem in hoc Ordine Generalem quoscumque in officijs constitutos reuocare, seu absolueret, præter Prouinciales; decusum est in illius constitutionibus, & consonat Trid. de regular. s. 25. c. 2. vide Dianam tract. de dubijs regu-

larium. ref. 117.

Reuocasse autem, liquet eo ipso; quod etiam d. Vicarium iusserit obedire Prouinciali, propter repugnantiam, qua & subesse Vicarius non potest, & non debere obedire. l. vbi repugnantia. D. de reg. iur. vt liquet rubrica de maioritate & obedientia. à qua nec eximi potuit, vetante constitutione Urbani VIII. in c. posteralia. 1626.

Neque obstat appellatum esse à Generali ad S. Congregationem Regularium: tum quod appellatio friuola non excusat ab obedientia. c. cum parati. 19. X. de appell. & reiecta sit ab eo appellatio tanquam friuola. ytpote sine causa legitima ab ijs interposita, qui non grauatur iniuste. Porcel. v. appellare. post plures, neque patet hæcenus introductam, aut admissam esse à Congregatione appellationem postanum & amplius, neque sola his aufert Superiori iurisdictionem. nonne. 8. q. 4. c. olim. 26. X. de accus. neque appellatio, quamuis legitima, in alia causa iurisdictionem. c. 6. c. proposuit. X. de appell. l. vn. D. Apud eum à quo pronocant.

Sed neque hæc lis, neque appellatio facit ad præsentem calum vbi consensu opus est Generalis seu Prouincialis. qui non solum posituè hinc non adest; sed in contrarium expressus dissensus; cum clausula, quod si qui reciperentur ad habitum, vel professionem, omnia gesta pro irritis haberet. prout eam clausulam adijcere potest is, cuius est monasterio, aut Ordini incorporare. vide Sanchez in Præcept. l. 5. c. 4. §. 71.

### RESPONSVM III.

#### De anno probationis.

Contendit Petrus professorem suam in Ordine Minorum esse nullam, ex decreto c. 15. s. 25. de regular. Concil. Trid. in verb.

24.  
Et vt potuerit, mansit tamen ille ad nutum reuocabilis.

1. Anus probatio- nis ad vali- dam pro- fessionē, & reipla pro- batio facta requiritur.

*verb. nec qui minori tempore, quam per annum post susceptum habitum in probatione steterit, ad professionem admittatur: professio autem antea facta sit nulla, nullamque inducat obligationem. &c.* se autem ait non ita in probatione stetit: sed nomine tenus tantum probatum fuisse, cum verba intelligenda sint cum effectu. l. 4. §. condemnatum. D. de re iudic. eoque qui duret. l. si pro parte. §. versusum. D. de in rem. verso. in verb. versusum autem sic intelligimus, ut duret versusum. c. nam & ego. X. de verb. sign. Ius. Verba intelligenda cum effectu. concl. 90. & effectus a causa regulatur, & attenditur potius quam verba. concl. 49. & 50. & perseverantia requiritur, ut effectum producat. concl. 315. & *Veniisse non videtur qui non stetit. concl. 75. c. postquam. c. cipientes. vbi gloss. in v. comparare. de elect. in 6. non solum ut quis veniat, sed etiam ex sui mente: xigit, quod usque ad finem negotium prosequatur.* Sed & perseverantem huiusmodi probationem finis d. c. 15. exigit, cum & probatio spatij annalis inducta sit tam in subsidium fragilitatis humanæ, quam ut novitius asperitates Ordinis, & monasterium mores illius valeat experiri. quod utrumque diligenter est obseruandum. ita c. ad apostolicam. X. de regular. quare & D. Benedictus in regula. c. 58. iubet novitijs prædici, & prædicari omnia dura, & aspera: & regulam pluries prælegi. qualia & habent Institutiones, quas Clemens VIII. pro novitijs præscripsit. §. prouideant. & §. curam adhibeant. apud Quarantam in sum. v. monasteria. & Concilium Trid. de regular. c. 1. eximie mandat, ut regulares dirigantur imprimis ad ea, quæ ad suæ professionis perfectionem pertinent, ac si quæ alia sunt alicuius regulæ, & Ordinis peculiariora vota, & præcepta obseruanda, ut est in Ordine Minorum perpetua à carnibus ex voto abstinentia. Vide de necessaria novitiorum probatione *Hastenium disquis. monast.*

lib. 4. tract. 3. in bob. monast. in ziti

*Ait ergo Petrus non aspera & dura satis sibi fuisse prædicta, sed ita blandè se & molliter habitum, ut prædictum non fuerit peculiariter votum de abstinentia ab omni cibo non quadragesimali, & per septem menses in nouitiu agra tantem, & carnis vsum fuisse, adeo ut tempore professionis intenderit expressè ad huiusmodi abstinentiam non obligari ex voto, & sub peccato mortali, sed tantum quasi ex regula & constitutionibus Ordinis, quæ nec sic ligent, & super quibus faciliè dispensetur.*

2. Continua etiam.

*Ait insuper annum probationis debere esse continuum. c. 1. de regular. in 6. in v. per totum sequentem annum: etiam ex decreto Concilij d. c. 15. in verb. per annum in probatione steterit: qui enim interruptit, non censetur stare. diximus in Consult. can. h. n. cons. 18. idque satis est receptum: sed, quomodo annus interrupti censetur, paulò magis controuersum. Contendit Petrus interruptionem accidisse ex eo, quod, cum monasterium peste contigerit esse infectum, educi fuerint in pagum vicinum, & domum sæcularem nouitij: vbi, etsi sub Superiore, erant tamen immixti sæcularibus, neque exactè exercitia monastica seruabant: & ipse ad monasterium reuersus, ex cibis quadragesimalibus, quos stomachus eius non ferat, incidit in septimestrem morbum: ex quo ita decubuit, ut nec asperitatem habitus probaret: tamen si continua habitus delatio essentiliter requiratur ad probationem: *Mirand. in Man. pralat. q. 22. ar. 6. Sanchez in decal. l. 5. c. 4. n. 29. Tamburin. de iur. abbatiss. d. 4. q. 7. quamquam neque sæculari vteretur, nec abstinentiæ quadragesimalis probaret austeritatem, ut quamuis nec in Superiore, nec in ipso culpa fuerit, reuera tamen defuerit realis probatio duritiei Ordinis.**

nis. præsertim deducta ex spatio annali tam mora vnius aut amplius mensis pestifuge mansionis; quàm morbi septimestris, qui solus maiorem partem anni abstulit. vt, si à maiori parte defumatur denominatio, dici non possit per annum *fuisse in probatione*: eaque imprimis continua. cum & ipsa continuatio pars maxima sit austeritatis. *vt re. tte Siluester in Sum. v. religio 50. vbi hæc habet; sicut patet quod is qui diffi- cultur ieiunare quadragesima dies, facile ieiunaret eos, si inter diem & diem interponeret aliam diem refectiois, vel plures: tum quia sextus dicendo indefi- nitè austeritates, omnes vniuersaliter comprehendit. vt not. per Dyn. de reg. iur. in Rub. & facit de decimis c. ad audientiam, accedit quod morbus mox à professione illum iterum inuasit, iudicio medici ex cibis quadragesimalibus. vt morbus ei semper sit timendus, & vitæ periculum, vt ait. ex his infert Petrus se professum esse antequàm stetit in probatione per annum; & quidem integrum, eoquæ nulliter.*

Et quidem mansionem extra monasteriũ naturã suã non obesse nouitiati constat ex c. *insinuante. X. qui clericici vel vouent.* sed c. 1. de regular. in d. exigit intra monasterium: in *Ver. qui per totum annum in monasterio permanserit.* tamen ex iusta causa moram extra monasteriũ factam non interrumpere nouitiatum, si modò non longa sit, & facta ex Superioris assensu; satis receptum est. *L. Miranda in Man. prælat. q. 22. ar. 5. & 4. alyque passim.* vt morbum etiam exigui temporis non interrumpere, satis ratio probat, & praxis vniuersalis.

Verùm hæc circumstantiæ morbi septimestris, & mansionis pestifugæ extra monasterium simul in vnum annum concurrentes, tantam lacunam faciunt, vt vix tertia pars remaneat re ipsa probandæ austeritati; & disciplinæ monasticæ. vt sanè non desit iustæ

species querelæ. eaque ex causa in Ordine Minorum refert Miranda *d. q. 22. ar. 3. statutum;* vt præter casum translationis, non computetur tempus, quo nouitij ante exitum in probatione steterint, sed post reditum annus probationis incipiat.

Iustæ ergo species querelæ hic subest. sed an species tantum? & Miranda quidem *d. ar. 5. ex ser- uentia, vt ait, omnium, religioforum qui in infirmaria monastica, vel hospitali, sub obedientia Superioris egerit, ægrotaus ad menses quamuis decem, in fine eiusdem anni reætè, ac valide profiteri;* & satis esse sub obedientia experiri vniuersaliter asperitatis Ordinis, non singularum requiri experientiam. quæ eadem tradit Sanchez *in Decalog. l. 5. c. 4. n. 28 & 32. vbi in terminis docet in Ordine Minorum nouitium toto anno ægrum, eoquæ carnibus & lacticijs contentem valide tamen profiteri ad finem eiusdem anni.* quod verum fuisse ante Concilium Trid. non dubito, cum liceret experientiæ renuntiare; & renuntiare censeretur ipso facto profitens. *d. c. ad apot. l. de regu.* sed id cum hodie non liceat, *L. Miranda in Manual. prælat. q. 22. ar. 7. Sanchez in Decalog. l. 5. c. 4. n. 29. Tamburin. de Iur. Abbatiss. d. 4. c. 7.* vtique nec expressè nec tacitè lapsus anni præueniendo; vt in *d. c. ad apostol. & Tridentinum* nunc requirat, vt in probatione steterit per annum nouitius; & noster per septem menses ante professionem, & rursus post passus sit morbum reciduum: vt fonticus dicit, & impedimento esse videatur, *maxime gem, morbus fonticus. D. de voti. signifi. l. questum. D. de re ind. l. fu. D. de adili. edict. Sanchez in Decal. l. 4. c. 16. n. 36. 7. 38. l. 4. c. 45. n. 41.* deesse non parum probationi videri potest: & si Medicorum iudicio stomachus incurabilis iudicetur, impedimentum, quod in Ordine Minorum, ob quartum vortum



votum ciborum quadragesimaliū, essentialē cenſetur, videbitur, neque ſufficiſſe probationem ſub ſolo nomine obedientiæ, ſine reali tam grauium aliſque Ordinibus ignotarum auſeritatum experientia. Si dicas in gratiam Ordinis illud impedimentum cenſeri, ſciuiſſe Superiorem, admiſiſſe tamen ad profeſſionem; eoſque diſpenſaſſe: quarendum erit, an verè pro tali habuerit, verè ac poſitiuè intenderit diſpenſare; eamque facultatem habuerit: alioquin ſeriùs id nunc fieret: cùm interim vxorem duxerit, vt iam diſpenſari, aut validari aſtus ante geſtus nequeat, aut ius vxori interim quaſitum auferri, ſeu matrimonium irritari. quod poſt conſummationem non minùs indiſſolubile eſt, quàm religionis votum.

Cæterum extra caſum morbi fontici, ſeu impedimenti huiusmodi, ob ſolam non experientiam huiusmodi continuæ abſtinentiæ, non auſim nullitatis damnare talem profeſſionem, cùm in caſu longioris abſentiæ, & in curia manſionis, etiam poſt Concilium Trid. Sacra Cong. cenſuerit valere profeſſionem. apud Nauar. de regular. conſ. 32. n. 5. aitque is nullum Doctorem docere contrarium, nec aunderet, inquit, vt puto: ergo non eſt abſque vlla lege dicendum quod teneatur experiri omnes auſeritates in ſpecie: ſed dici poſſet d. c. 15. legem eſſe nouam, que nullitatem nouam inducat, ob conſiderationem multorum apoſtatarum, qui ſi debite ante Trid. fuiſſent probati, fortè non apoſtataſſent, ſed etſi non omnino omnes auſeritates nouitius teneatur experiri; at neque nullas poteſt: & præcipuè eam quæ tam ſingulari voto præſcribitur. conſideratis etiam ijs, quæ ſuprà deducta ſunt. quæ vt puto eſſe non contemenda, non tamè, vt dixi, auſim certò à Nauarro diſſentire, donec S. Cong. etiam noſtri caſus factò examine aliter declararit.

Necſariam porro, quam diximus, inſtructionem, nouitio datam non eſſe, reiiciendum eſt vt non veriſimile e. quod nos. X. de præſumpt. vel ante propositam non fuiſſe votum formulam, vel ignorare illum cùm proſiteretur conditionem Ordinis. l. qui cum alio. D. de reg. iur. præſertim quod peculiariter author Ordinis ſuos quæto voto obſtrinxerit abſtinentiæ quadrageſimalis, cuius vitam ei prælectam non fuiſſe credibile non eſt, & vel in ipſo officio illius in Breuiario Rom. refertur, vt ſuſpecta ſit talis allegatio. c. ubi. X. qui matr. accus. quare neque ad iuramentum ignorantia recipiendus videtur. c. Vidua. X. de regul. quod fortè aliàs obtinet. d. c. vlt. Nauar. de regul. conſ. 42. eò quòd hic obſtet ei iuris præſumptio. c. vlt. §. ſin. X. de iur. iur. c. per tuas. X. de probat. c. tua nos. X. de ſponſal. Menoch. de præſumpt. l. 1. q. 77. & testimonia eorum, qui cum illo nouitij fuerunt, qui & de morbo, ſed non fontico; & manſione extra monaſteriu, ſed de licentia & ſub obedientia Superioris teſtantur. vt nec hîc colluſio vlla reperiri, nec argumentum e. ſuper eo. X. de eo qui cognouit conſang. vxor. locum habere poſſit. & porro vlt. ſola votorum formula conſueta, iuxta quam edidit profeſſionem, huiusmodi allegationem excludit.

Nam etſi certum ſit ad votum requiri conſenſum, & Petrus neget ſe vouentem conſenſiſſe in obligationem ſub mortali; tamen non defuit conſenſus in votum ipſum, & cauſam: etiamſi effectum totum non intenderit. an id ſufficiat vide Sanchez in decalogum. l. 4. c. 1. n. 18. & multis ſeqq. c. 2. n. 18. & ſeqq. de mat. l. 1. d. 9. & porro quæ allegatur intentio, in foro externo ſine plena probatione, quæ non eſt poſſibilis, d. c. tua nos, recipi non poteſt. d. c. vidua. præſertim cùm nec vlla proteſtatio priuata, aut declaratio ſuper intentione

tentione verbis professionis, & regula contraria, & emissa ab eo fuerit.

## RESPONSVM. IV.

De corrupta professa, in abbatisam electa.

1.  
Corrupta  
quæ virgo  
putabatur,  
validè est  
professa,  
neque iam  
dimittenda.

Quod si me virginem emere putarim cum esset mulier, emptio non valebit, inquit Vlpian. in l. alioquin. D. de contrabend. empt. si ei nuptias, quamvis iuratus, promisi, quam virginem putavi, si deprehenditur corrupta, non teneor ducere. Less. de iust. lib. 2. c. 18. dub. 10. n. 72. c. 42. dub. 4. n. 22. sic per ædilitium edictum in multis redhibitioni locus est, præsertim quoad conscientiam vitij, si deceptus voluerit. Less. c. 17. d. 5. n. 33. adeo ut & religionem fraudulenter professus, ob vitium suppressum eijci possit. idem c. 41. de stat. rel. d. 7. n. 62. nihilominus dicendum est, corruptam, quæ putabatur virgo, professam, quamvis vitio cognito non fuisset admissa, validè esse professam, sicut matrimonium cum corrupta initum, quæ putabatur virgo, validum est, nec dimitti potest, quia huiusmodi qualitatis ignorantia non tollit consensum circa substantiã actus. qui nec est solubilis ex voluntate partium: nec factus conditionalis ex eo, quod quis ita sit affectus, quod si vitium sciret, coniugium carnale, aut spirituale non admitteret. neque enim influit ea affectio in actum admissionis, sed concomitanter tantum se habet. non poterit ergo sic professa eijci, quia iam non præstat impedimentum religioni.

2.  
An in abbatisam  
eligi possit?

Sed an corrupta eligi in Abbatisam, seu illa electioni consentire possit? agimus autem de illa, cuius vitium occultum est, eaque corruptione, quæ carnis integri-

tatem tollit. nam & voluntariam pollutionem passa, manente carnis integritate, consecrari potest consecratione virginum. Less. de iust. lib. 4. c. 2. d. 16. n. 120. Questionem nostram tractant Paulinus Berti. in prax. crim. reg. tit. 4. de vi. r. c. 13. n. 3. Em. Rod. quasi. reg. t. 1. q. 64. ar. 4. t. 2. q. 55. ar. 3. Miranda in Man. pral. de mon. q. 7. ar. 6. Bonacina de mat. q. 4. punct. 17. n. 4. 5. 6. Sanchez lib. 5. in decal. c. 5. n. 21. 22. Diana tract. 2. de dub. reg. res. 99. Barbof. de potest. episc. p. 3. d. leg. 100. n. 14. & de iure eccl. lib. 1. c. 45. n. 24. Portel. v. Abbatisa, vbi quærit de vidua, & ait se habere scriptum Suares, dicentis neque esse de iure diuino, neque naturali, neque ecclesiastico, quod Abbatisa sit virgo. citaturque apud illos alij.

Nihilominus communiter crediti solet Abbatisam debere esse virginem. ex c. iuenculæ, 20. q. 1. vbi iuenculæ fieri Abbatisse prohibentur: nullam nisi scægenarum, inquit, virginem velari permittitur, cuius ratio à glossa traditur, id est, quod aliàs ad virginitatem adhortari non possit. c. vna. dist. 26. ite- rum gloss. in c. quomodo virginum ad verbum eligatur. 31. q. 2. Insuper, in c. si quis omnem. 1. quæst. 7. Maria quæ peccatrix fuerat, dicitur mater diaconissas non esse relecta. denique c. si Paulus 32. q. 5. vbi Hieronymus virginibus, quæ membra Christi prostituerunt, applicat illud Isaia 47. descende, sede in terra virgo filia Babylonis. vnde & corruptas descendere potius, & in puluere sedere, quam inter Abbatisas assumi debere, ut nec inter diaconissas, videtur dicendum. denique & ipsa virginum velatio, seu consecratio virginitatem extingit. ut Leo 1. statuit ne monacha benedictum capitis velamen recipiat, nisi quadragesima annorum virginitatem probasset. ita Breviarium Rom. super eaque interrogatur consecranda: adeoque & eandem merito exiget dignitas

dignitas Abbatialis. Ad extremum facit Concilium Trid. f. 25. de reg. c. 7. in verb. laudabiliter vixerit.

Porro verba d. c. iuenculas *se-* *xagenariam virginem* accipiunt aliqui, vt ea etas dumtaxat ibidem exigatur: ad antithesin iuencularum: nomen autem virginis il-lapsum sit, sicut dicuntur mona-steria virginum, & loquitur Trid. ubi sup. c. 17. in verb. libertati profes-sionis virginum &c. tamen non nunquam vel viduæ, vel occultè corruptæ etiam in monasterijs ha-beantur. Reçtè tamen & de vtra-que qualitate d. c. iuenculas ac-cipi potest. cum Gregorius in *Re-gist. lib. 3. ep. 11. unde sumptum est d. c. iuenculas*, vtramque confide-ret: in verb. cuius atas hoc, atque mo-res exegerint.

Valida est electio.

Cæterum, quoniam de vitio occulto agimus, si contingat pu-tatam virginem eligi in Abbatif-sam, validam esse electionem, confirmationemque dicendum est. vt matrimonium corruptæ quæ putabatur virgo. quamuis enim eligi confirmarique non de-beat corrupta, etsi occultè; nec electa assentiri, si citra infamiam possit repugnare electioni; nihi-lominus si eligatur, assentiat, confirmetur; actus erunt validi. quia d. canones non induxerunt incapacitatem simpliciter corrup-tæ. vt & in matrimonio carnali quædam impediunt, quæ non di-rimant contractum matrimoniû. sicut & aliàs multa fieri prohiben-tur, quæ facta tenent. Neque por-ro benedictio Abbatissæ per se ab-solutè est necessaria. vt multæ non benedicuntur. *clm. attendentes. §. statimus. de stat. monach. minus prio-rissæ, similesque præfectæ.* de quibus etiam tamen agit Trid. & accipi etiam potest d. c. iuencu-las. eoque per benedictionem, non simpliciter necessariam, non vide-tur inferri necessitas virginita-tis.

Quod si obieceris d. c. *si quis om-nem.* quod ibidem, vt à sacerdotio repellitur, qui fornicatus est post baptismum; ita & promotus per vitij ignorantiam degradatur, dum id postea venit in notitiam: eoque inferas, occultè corruptam, cum vitium innotescit, deponendam: dici potest in neutro casu d. c. *si quis vlu*, praxique receptum esse. deinde leges pœnales non extendi extra casum suum; neque in illis masculinum comprehendere foe-mininum. denique purissimam functionem esse sacerdotis, à qua procul distat prælatura monialiû. cum monachi Abbatessque vete-res in forte fere laicorum reputa-rentur dumtaxat: illorumque Ab-batum gradum transcendere foe-minæ, nec hodie possint. vt iste rigor, quamuis non esset obsole-tus, trahi nullatenus posset ad foe-minas. Vt omittamus, quod ait glosa, durum esse, si verbum fornicatio accipiatur de simplici, & non potius de adulterio, Alijque grauioribus carnis vitijis, quale es-set si virgo, post votum iam in re-ligione emissum, esset corrupta. cuius nulla paritas est cum illa, quæ adhuc libera peccauit occultè.

Enimuerò vt apud nos Rex de-nominat personas sibi gratas, quæ eligantur, & confirmentur, eaque nominatio mox omnibus inno-tescit; si assentiri noluerit nomi-nata, Rex putabit magis dignam, magisque cogendam: & accedere possunt aliæ circumstantiæ gra-ues, ob quas aut difficile nimis, aut impossibile sit subterfugere, si casu contingeret occultè cor-ruptam nominari, de qua non es-set qui loqueretur verbum malum, vt dicitur de Iudith. c. 8. *Iudith.* dicen-dum foret non teneri sic nomina-tam occultum suum vitium ma-nifestare: infamiamque sibi, ac monasterio suo inferre: adeoque minus malum posse ab illa eligi, quia ergo *melius est nomen bonum, quam*

4.  
Electa si  
citra infamiam  
nequit diffi-  
sentire, po-  
test ele-  
ctioni as-  
sentiri.

quàm diuina multa; possit ad conseruandam famam nominationi assentiri: quod infra famæ iacturam sit. crudelis esse dicitur, qui famam negligit. & cum ex supra citatis authoribus patet, etiam sententiam illorum, qui aiunt corruptam occultè iure non prohiberi Abbatissam fieri, etiam esse probabilem; poterit sic electa eam amplecti. *argumento eorum quæ citat Diana de Opinione probabili.*

## RESPONSVM V.

*Ex clausura an Abbatissa extrahi possit, ex causa inobedientia, & incorrigibilitatis?*

1.  
An ex constitutione Pij V. id admissum?

**P**lus V. cuius constitutio seruari iussa est in Concilio provinciali Mechliniensi 1608. tit. 24. c. 3. clausuram monialium per egressum vel ingressum infringi vetat, nisi ex iustis arbitrio Ordinarij causis quoad ingressum: quoad verò egressum monialium, adeoque extractionem; ex causis non arbitrio Ordinarij permissis, sed tribus dumtaxat in Piana expressis: alijs exclusis. admittunt tamen aliqui, vt causa correctionis, quæ obtineri non in loco, sed alibi speratur, transferri possint moniales. *vide citatos à Tamburino de iur. Abbatiss. d. 21. q. 3. quasi commune bonum monasterij praualeus priuato id mereatur. & ob crimen simoniæ recipiens, & recepta iubetur de suo monasterio expelli. c. quoniam. X. de simon. quem textum Bonacina negat reuocatum. tamen S. Cong. censuit, monialium nullam sibi subiectionem ex vno monasterio ad aliud transmittere posse locorum Ordinarios, vel superiores regulares, etiam ex causa seditionis, vel incorrigibilitatis, aut criminis perpetrati. Tamburin. ibidem. sed & formant quæ-*

2.  
Non utique ex sententia Interpp. Concil.

tionem in monialibus corrigendis, non in Abbatissis. in his enim, dum fit inquisitio, aliud canones decernunt. *in c. olim. 26. X. de accusat. prouiso, inquit, vt nequis in suspendente monachi abbati obediunt, & intendant. quod idem in Episcopis statutum est. in c. nonne. 8. q. 4. sed neque color quærendus est incorrigibilitatis. ad hanc non tantum exigitur aliqua ex ijs causis, quæ à scribentibus solent; sed S. Congregatio decreuit, ne incorrigibiles censeantur, nisi quæ annali carceri in pane & aqua emendantur non potuerint. aliaque requiritur antequam eijci aut transferri possint. iterum declarat incorrigibiles moniales eijci non posse Sede Apostolicâ inconsultâ. Tamburin. ibid. q. 4. vbi & ex Sanchez nullam praxim esse contrariam ait. quod & congruit rationi c. fin. X. de regul. & c. periculofo. de stat. monach. in 6. sed neque color ille probari potest quoad extrahendam Abbatissam extra clausuram; qui proponitur, vt veniat visitatum nouum opus. Tamburin. qui dicit communem. de iure abbatiss. 19. q. 4. §. 14.*

## RESPONSVM VI.

*An alyli causa ingredi clausuram liceat?*

**Q**uæsitus ad carcerem iam decretum satellitibus insequentibus, & septa obfidentibus, intra illa fugit M.: presentaneum hunc metum, cadentem in vitam constantem *l. metum autem. D. quod metus, iure profugum hunc excusare censet Sanchez. in decal. l. 6. cap. 16. n. 59. Tamburin. de iur. abbatiss. d. 22. q. 3. §. 6. eoquæ & latebræ pertinent, quamuis aliquot dierum, si durat metus, neque est egressus liber. Neque ab alylo excludit, quod sibi ipsi causam metus intulisse delinquendo dicitur, eoquæ*

eoque non excusandus: ex l. *f. mulier*. 21. D. *quod metus*. quia ab alyo iure hæc causa non excludit. vt patet in reis grauiſſimorum criminum, non exceptorum per constitutionem Greg. XIV. *ſuper immunitate eccleſiarum latam*. ius aſyli eſt, tam vt profugere eò liceat, etiam ex literis ſacris; quàm ne confuga extrahatur. vide *Conar. var.* t. 2. c. 20. ſed neque moniales admittentes, quamuis immeritum, incurrunt excommunicationem. cum ius illam eis non infligat. *Sanches in decal. lib. 6. c. 16. n. 18. Bonacina de clauſura. q. 4. p. 6. prop. 2. n. 23.* ſed pœnam Iudicis arbitrio permittat.

## RESPONSVM VII.

*Licentiam ingrediendi monaſterium monialium quis dare poſſit?*

**D**Are, inquit Conc. *Trid.* de *regul.* ſ. 25. c. 5. tantum Episcopus, vel ſuperior licentiam debet, in caſibus neceſſarijs, neque alius vilo modo poſſit: etiam vigore cuiuſcumque facultatis, vel indulti. Superior in exemptis regularibus quaſi Episcopalem iurisdictionem habens à multis intelligitur: ne abbatiffæ, quamuis ſuperior ſit, c. *dilect.* X. de *exceſſ. pralat.* prudentiæ muliebri id commiſſum cenſetur. *Zuar. t. 4. de relig. l. 1. c. 10. n. 14. Azor. t. 1. l. 13. c. 8. q. 7. Rodrig. q. regul. t. 1. q. 46. art. 2. Sanches in decal. t. 1. l. 6. c. 16. n. 21. 22. Tamburin. de iur. Abbatiff. d. 23. q. 3.* alij eum omnem intelligunt, cuius ſit clauſuram imponere. *Tamburin. de iur. Abbatiff. d. 23. q. 3. & citati à Barboſ. in Colleſt. DD. ad c. 5. ſ. 25. de regul. Conc. Trid. n. 68.* quibus fauet c. periculoso de *ſtat. regul.* in 6. vbi quoniam in materia curandæ clauſuræ Episcopis opponit Abbates, & alios tam exemptos, quàm non

exemptos prælatos: quod non corrigi *Trid. de reg. c. 5.* ſed Episcopo æquiparat Superiorem; alium excludit, indultis fortè nixum. at monaſterium de quo agimus, præter excepta, exemptum eſt: & hæc ingreſſus permittendi licentia in bullis exemptionis non eſt excepta. imò Conc. *Trid. ſ. 25. de regul. c. 9.* vult exemptas à regularibus regi ſolitas, ſub eorum cura relinqui. igitur ſpectat ad regularem ſuperiorem licentiæ conſeſſio, imò multi negant in exemptis, qui regulares ſuperiores habent, Episcopis vllam eſſe poteſtatem quoad clauſuram. *Tamburin. de iur. Abbatiff. d. 24. q. 9. n. 5.* quos iuuat d. 5. & quoniam. etſi & d. c. 5. contra facit, in verbis *in monaſterijs ſibi ſubiectis ordinari*, in alijs & c. ſi ergo hic conſeſſor generalis eſt prælatus, & ſuperior, iuxta declarationem Martini V. vt ex *Regula cap. 14.* ipſe alios conſeſſarios ordinat; aliaque iuxta constitutiones ſpiritualis prælaturæ negotia diſponit, ſi referendus utique non videatur abſolutè inter ſuperiores authoritatem quaſi Episcopalem habentes; ſaltem clauſuræ cura in primis ad eum pertinet. vt generatim in ſpiritualibus caput eſt, & regimen ei competit, ex regula & fundatione huius monaſterij. adeoque ad eum facultas ea ſpectat. quemadmodum & tradunt citati à *Barboſ. ibid. n. 71.* ſi prælato particulari authoritate apoſtolica monaſterium ſubiectum ſit, ad hunc, non ad Generalem, aut Prouincialem, ſpectare huiusmodi licentiæ conſeſſionem. vnde & ſicuti alij Superiores regulares, & Episcopi, vt alijs, ita & ſibi ipſis, cum causa exigat, nec aliter ſine pœnarum periculo, *Tamburin. d. q. 9.* eam dare poſſunt, ita & hic conſeſſor generalis.

2.  
An hic  
Conſeſſor  
generalis?

## RESPONSVM VIII.

De duplicibus monasterijs  
Ordinis S. Saluatoris.

1.  
Vt genera-  
tim veti-  
ta.

**V**etita sunt per veteres cano-  
nes duplicia monasteria, id  
est vtriusque sexus. *c. definimus. &*  
*seqq. 18. q. 2. nec tantum permixta*  
*virorum, foeminarumque habita-*  
*tio: d. c. definimus. c. in nullo ibid. sed*  
*etiam coniuncta tantum, & habi-*  
*taculis distincta. quemadmodum*  
*verita cohabitatio clericorum, &*  
*mulierum. tot. tit. X. de cohab. cler.*  
*& mulier. quod nullibi in Belgio*  
*receptum est. quin & lex. 3. C. de*  
*cust. reor. sexu, inquit, dispares diuer-*  
*sa claustrorum tutamina habere iubean-*  
*tur. quod nec in Episcopalibus car-*  
*ceribus vbique obseruatur. quem-*  
*admodum etiam olim circa*  
*templa, laicorum habitacula esse*  
*non poterant, sed soli clerici ha-*  
*bitare. l. nulla. 12. q. 1. ne condu-*  
*cere quidem laici aedes clericor-*  
*um poterant. Con. Aurel. 2. c. 9.*  
*Choppin. monast. l. 2. t. 3. n. 18. vt libe-*  
*rius isti Deo vacarent. commune*  
*dormitorium & refectorium ha-*  
*berent. c. necessaria 12. q. 2. quod nec*  
*vllibi hodie seruant Episcopi. ex-*  
*cipit tamen d. c. definimus monaste-*  
*ria, que hactenus, inquit, fuerunt du-*  
*pla secundum regulam Baslij: & se-*  
*cundum preceptionem eius ita forma-*  
*tur: non habitent in vno monasterio*  
*monachi & monache. ita requiritur*  
*inter sexum vtrumque monacho-*  
*rum longius spatium. c. monasteria,*  
*ibid. quia scandalum id, & offendicu-*  
*lum multis efficitur, inquit d. c. de-*  
*finimus. c. monast. aut propter diaboli,*  
*inquit, insidias, aut propter oblocu-*  
*tionem, inquit, hominum. vt ne qui-*  
*dem in vno choro permittantur*  
*conuenire ad psallendam. c. perni-*  
*ciosam. §. fin. ibid. D. verò Birgitta*  
*Regulâ à Christo Salvatore dictâ*  
*(ita enim credit Ecclesia, & in*

2. 2  
Vt quadâ  
excepta.

Breuiario Romano, illiusque of-  
ficio ab Urbano VIII. inserto legi-  
mus) Ordinem S. Saluatoris in-  
stituit; & vtriusque conuentus  
monasticorum ædificiorum for-  
mam ita præscripsit, vt vterque  
quidem conuentus ita esset con-  
iunctus, vt iuxta *c. in decima. 18. q.*  
*2. virgines monachorum admini-*  
*stratione, & præsidio gubernan-*  
*dæ, & è vicino semper in neces-*  
*sitatibus spiritualia auxilia præstâ-*  
*haberent: & parietibus ita distin-*  
*ctus; vt scandalum non pharisa-*  
*cum, & oblocutiones hominum,*  
*quorum oculi nequam non essent,*  
*cauerentur. adeoque non nisi ex*  
*templo, atque ex publico ad alte-*  
*rum pateret accessus: & sanctimo-*  
*nialium septa ita essent clausa, vt*  
*iuxta c. 8. X. de vit. & honest. cleric. c.*  
*vn. de stat. Reg. in 6. ingredi, egre-*  
*diue nemini esset permissum. Vi-*  
*de Choppin. monast. l. 1. t. 3. n. 18.*  
*quemadmodum in Belgica supe-*  
*riorique Germania multa etiam*  
*num sunt sæcularium, canonicor-*  
*um simul, & canonicarum col-*  
*legia in vnis ecclesijs, sed diuer-*  
*sis choris; inoffensa tamen fama*  
*Deo seruientium. multæ virorum*  
*ecclesiæ in quibus & mulieres al-*  
*taribus ornandis, curandis orna-*  
*mentis, fartis tectis habendis, ac*  
*alias subministrant. præter dome-*  
*stica sub iisdem tectis obsequia,*  
*citra crimen aut offensam.*

Quod si illa clausura in istis mo-  
nasterijs quomodolibet duplici-  
bus integra aliquatenus non ser-  
uetur; non obstante exemptione  
aut appellatione providere potest  
Ordinarius: tam in vim Concilij  
Trid. *s. 25. c. 5. de regul. quàm d.*  
*constitutionis Bonifacij VIII. d. 1.*  
*vn. ibid. innouatæ. & si pernicia*  
*regularium superet exequendi*  
*vires spirituales; potest inuocari*  
*brachium sæculare. & requirit*  
*Conc. Trid. ibid. c. 22. in fin. om-*  
*nes Principes, vt illud præstent,*  
*vt contumaces etiam vi maiori*  
*ad obedientiam cogantur. sed non*  
*ideo*

ideo euerti institutum potest, sed mores reformari debent, si enim credimus cum Ecclesia Regulam à Christo dictatam, dum in ea duplicia monasteria præscribuntur, quis tam altum velit sapere, vt cum suprema nõ sapiat Sapiencia? que ex ore Altissimi prodijt, & Regula ad solum suum Vicarium firmandam remisit. *qui omnipotentem*, inquit Fabianus Papa, Deum metuit, nec contra Euangelium, nec contra Apostolos, nec contra Prophetas, nec contra sanctorum patrum instituta aliquid illo modo consentit. *c. qui omnipotentem. 11. q. 3.* improbare potest nemo, quæ œcumenica Concilia probarunt. *c. confidimus. c. omnia. 25. q. 1.* sed manere debent termini, quos posuerunt Patres nostri. *c. qua ad perpetuam. ibidem c. privilegia. 25. q. 2.* & tota illa causa. *Vid. j. 4.*

S. I.

## De superioritate, &amp; præfectura eiusdem Ordinis.

**A**bbatissa, inquit Regula. *c. 10.* vnum de tredecim sacerdotibus, in quem ipsa cum omni congregatione sororum & fratrum consentit, in confessorum eligat, ipsumque Episcopus confirmat, & confirmet, eique autoritate ligandi atque absoluedi, corrigendi atque reformandi plenarie ab Episcopo censeat, omnes, inquit, sacerdotes & fratres, sicut sorores Abbatissæ in omnibus obediant: extra præceptum eius nihil omnino, ne vel minimum quid facientes.

Abbatissam, inquit bulla creationis T. per quam in temporalibus, & confessorum generalem, per quem in spiritualibus monasteria huiusmodi regi & gubernari possint, in eis instituit. nec mirum; cum & S. Augustinus, sub cuius generica Regula & hic Ordo militat (S. Birgitta, inquit Paulus II, in d. bulla erectionis

huiusmodi monasterij S. Saluatoris nuncupatus sub regula S. Augustini) in Regula sua negotia maiora velit ad presbyterum eis præpositum deferri. vnde fere (saltem inter Præmonstratenses) confessores monialium S. Augustini præpositi vocantur, de quibus Isidorus in *c. 9. X. de verb. signif. quamuis*, inquit, omnes qui præsumunt, præpositi ritè vocentur; vsus tamen obtinuit eos vocari præpositos, qui quandam prioratus curam super alios gerunt. eo ergo sensu hic Confessor generalis non tantum fori interni autoritatem, sed etiam externi spiritualis regiminis super omnes vtriusque conuentus regulares prioratum, & curam gerit. pro Ordine autem generatim Nos, inquit Mart. V. attendentes, quod huiusmodi generalis officium confessoris in spiritualibus nulli alij congruentius competat, autoritate præsentium præfatos generales confessores, qui sunt & erunt pro tempore in præfato Ordine & monasterijs, caput existere, & esse debere; Abbatissam quoque in temporalibus esse caput in Ordine, & monasterijs, & locis huiusmodi. in spiritualibus vero non superesse, sed potius subesse ipsi generali confessori statimur, & ordinamus, & sic volumus, & mandamus futuris successivis temporibus intelligi, & obseruari. & Ioannes XXIII. statuit, vt defunctis confessoribus generalibus seu Abbatissis, nullus seu nulla, inquit, ibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia præponatur, nisi quem vel quam fratres & sorores vtriusque conuentus communi assensu, vel maior pars senioris consilij secundum Deum & B. prædictæ regulam prouiderint sic eligendum, vel eligendam. vbi nec diocæsanis alium præponere permittitur, quam sic electum; nec alijs aliam eligere, quam secundum regulam: ad hæc *c. 14.* vnum ex sacerdotibus istius congregationis iubet eligi, qui sunt istius Ordinis confessores. *ibidem c. 12. 13. 14. 16.* adeo vt, quamuis conuentus eligeret, seu præfentaret sæcula-

N 2 rem;

1. Vt Confessor generalis & Abbatissa superiores.

2. Vt ille eligendus?

rem; diocesanus tanquam non rite electum non posset confirmare. eoque minus quod omnis paternitas, iurisdictio, & visitatio per c. 26. Regulæ concessa, eum finem spectet, ut sit diligens speculator, si regulæ, inquit, in omnibus punctis observetur. si in omnibus; cur non in summo eo, quod de capite & Prælato Congregationis institueret illa decernit? sed & d. c. 14. Regulæ huiusmodi facultas non est absoluta; sed restricta ad sic electum, & sic præsentatum. adeo ut si quis non electus, non præsentatus instituat, sit extra fines mandati, & regulæ, extra ibi concessam iurisditionem. institutio in beneficio iuris patronatus ab Episcopo facta non præsentati, irrita est, aut saltem irritanda: c. 14. X. de iur. patronat. sic & institutio rectoris sine consilio eius qui rogari debuit, irrita dicitur, & ei potestas negatur instituendi, qui sic instituit. c. cum olim. X. de arbit. si id in consilio dicendum, quanto magis in consensu requisito? Ideoque siue Ordinem quoad hæc exemptum dicamus; quo modo recte Ordinarius confessores dabit? siue d. c. 14. regulam vigere; quo modo recte illius limites excedet? sed & in authentica de sanctiss. Episc. col. 9. c. 37. siue §. in omnibus vers. faminis, disertè statuitur, ut solus huiusmodi monasterijs duplicibus, Episcopus eis ordinet confessarium, quem ipsæ elegerint.

Denique Bonifacius IX. bulla que incipit, Et si ex debito, auctoritate, inquit, apostolica statuimus & ordinamus, quod in quolibet monasterio & loco dicti Ordinis, que nunc sunt & erunt in futurum, unus confessor generalis iuxta constitutiones prædictas eligatur, qui sit & esse debeat perpetuus: nisi, quod absit, contra regulam, constitutiones, & statuta supra d. aliquid attentare præsumpserit. hæc exceptio inuerti non potest, ut perpetuus esse definat, si pro regulæ, constitutionibus, & statutis decertaue-

rit: & in casum incidat per diocesani admissionem reservatum, quin imo cum aliquando Bonifac. IX. huiusmodi confessores nudos ministros, et si perpetuos, esse voluisset; Ioanni XXIII. discrepare id visum est à mente Regulæ, & confessores generales capita congregationum esse voluit: quibus & ipsa Abbatissa, omnesque alij in spiritualibus debeant subesse.

§. 2.

## De reuocatione admissionum.

Vnde sequitur & huiusmodi confessarios generales ut in alijs multis Ordinibus, non posse ab Ordinarijs ea auctoritate priuari. quippe quod & bulla non concedit: sed cum visitant, correctiones tantum, & penitentias imponere: quas nec per se possunt exequi. ut priuare non possit, qui visitator dumtaxat est. c. in singul. cum seq. X. de regul. sed cui plena iurisdictio data est. c. dilectum. 26. X. de rescript. c. cum i. & c. X. de re iud. eoque minus, quod prohibitio audiendarum confessionum, & ministrandorum Sacramentorum re ipsa incidat in suspensionem ab officio. nam hæc nulli verborum formula est adstricta. at diocesanis non est permittum in regulares S. Saluatoris ferre sententias excommunicationis, suspensionis, aut interdicti, qualis exemptio seruanda est, et c. 1. de Verb. signif. in 6. plena non tit.

Neque verò rectè dicitur ex lege, pacto, conditione admissionis pro libitu licere hic reuocationem: nam, præterquam quod tale pactum referendum foret ad arbitrium boni viri, l. hæc conditio. D. de contrah. emt. Tuscus v. benedictum. conc. g. n. 13. & latissimè Vvamesius conf. can. de precar. conf. 301. 302. non intemptiue, ma-

3.  
Vt perpetuus esse debeat?



net. *inst. pro socio*, neque ex causa infamante, non cognita, & probata, diximus in *lur. pont. non. anal. de regul. n. 46.* locum haberet: tamen ea vocabula non rectè rebus diuinis applicantur. vbi Episcopus pro munere suo aliquem probat ad ministerium Sacramentorum. præterquam etiam quod actus legitimi conditionem non recipiant. *c. actus. de reg. iur. in 6. & in electionibus, admissionibus &c.* conditiones respuantur, & fiunt pura suffragia. *c. 2. de elect. in 6.* purius loquitur Concilium *Trid. s. 23. c. 15.* ibidemque, si examinatus idoneus iudicetur, approbationem, inquit, *quæ gratis datur, obineat.* vbi non admittit pacta, & leges, & conditiones, sed præscribit, vt idoneis approbatio datur, & gratis. vnde Layman regularibus ad examen oblatis, ex summi, inquit, Pontificis voluntate, ac tacito mandato, si idonei reperiantur, approbatio debetur. *lib. 4. de sacram. penit. tract. 6. c. 11.* Quare Concil. *Trid. d. c. 15.* requirit duo. 1. vt datur approbatio. 2. vt simpliciter & gratis datur. non tantum gratis respectu pecuniæ, sed & sine quopiam grauamine, lege, aut pacto, per quod danti quid liceat, quod alioquin iure ipso non liceret. Omitto nunc quod regula *d. c. 14.* confessorem electum, & præsentatum velit ab Episcopo confirmari, darique licentiam audiendi confessiones: vt si idoneus sit, neutiquam id negare possit Episcopus; & extra terminos regulæ religiosos Ordinarios subijcetes, sunt exempti, vt nec alijs dari; nec secundum illos negari his possint: sed omnino mandati fines sint seruandi. *c. cui de non sacer. de preb. in 6.*

Quemadmodum Mendicantes præsentari iubentur Diocesani, & ab ijs petere licentiam confessiones excipiendi; quam idoneis negare non possint: & si negauerint, tribuit ipso iure Sedes Apo-

stolica. *clém. dudum. de sepult.*

Mendicantium priuilegia in audiendis confessionibus eis confiteri volentium communicata sunt Ordini S. Saluatoris, an & quoad hoc punctum? inspicienda sunt propius. alia sunt similia in iure transeundi ad strictiorem Ordinem: cum prælatus negat facultatem; ius tribuit. *c. licet quibusdam. x. de regul.* Abbas ter benedictionem postulans, sinegetur, pro benedicto à iure reputatur. *c. statutus. de supplend. negl. prelat. vt & prædicator regularis. Trident. s. 5. c. 2.*

S. 3.

De dimissione Confessorum  
generalium Ordinis  
S. Saluatoris.

DE reuocatione facultatum vt iusta ex causa, & quali denique fieri possit diximus *7. de penit. & remiss.* hic de Confessoris generalis dimissione tractemus. Prælatum eum esse mox diximus, vt Martinus V. generatim pro Ordine, Paulus II. pro hac domo declarauit. Religiosi quidem subditi possunt sine contradictione amoueri: *c. cum ad monast. x. de stat. monach.* & ad claustrum reuocari: *clém. 1. de supplend. negl. prelat.* & ipsorum beneficia sunt manualia, vt nec sub regulam triennalis possessoris veniant, nec spoliati aduersus superiorem redintegrentur. vt aiunt *VVamef. t. 1. conf. 456. Rebuff. de pacif. post. 274.* sed non prælati à suis dignitatibus (vt Martinus V. & Paulus II. Confessorum generalem hinc esse declarauit) nisi ex causis in iure expressis. *c. in singulis. cū. seqq. x. de stat. monach.* Quia neque Priores pro arbitrio amouentur qui per electionem promouentur. *c. 2. s. priores x. de stat. monach.* nisi ex graui causa: vt dilapi-

Prælati  
sunt & nō  
ad nutum  
amouibi-  
les.

dilapidatores ait, aut incontinen-  
 tes, aut pro maiori officio aliò  
 transferendi. & amotiones non  
 nisi graui ex culpa & canonica fe-  
 ueritate fieri debere ait c. inuen-  
 tum. 16. q. 7. eamque interpretes  
 exigunt, cui priuationis poena ex-  
 pressè à iure irrogetur. Neque est  
 in potestate Ordinariorum ad-  
 uersus regulam à Sede Apostolica  
 approbatam, seu contra, quam il-  
 la mandat, instituere, aut destitue-  
 re. c. institutionis. 25. q. 2. c. dilectus.  
 X. de temp. Ordin. clem. 2. de elect.

Neque Martinus V. dum du-  
 plicia diuidi, simplicia erigi huic  
 Ordini permittit; ea redigit sub  
 Ordinarios: sed imò iubet om-  
 nibus priuilegijs gaudere, vt  
 alia; opus est ergo, expeditue  
 anarchiam hic esse? an quod alijs  
 licet, vt, si à regularibus guber-  
 nentur, obtineat decretum Con-  
 cilij *Trid. de regul. f. 25. c. 9. vt sub  
 eorum, inquit, cura & custodia relin-  
 quantur: si non, vt sit duplex con-  
 uentus, vt Ordo & fundatio exi-  
 git, saltem vt ex eodem Ordine  
 habeatur Confessor, etiamsi quis  
 infra Papam diuidere possit?*

§. 4.

*De dissolutione duplicium  
 monasteriorum S. Sal-  
 uatoris.*

**P** Rincipium omnis reformatio-  
 nis ponit Concilium *Trid. f. 25. de regul. c. 1. in reuocatione om-  
 nium ad primæuum institutum:*  
 & vt, si qua sint Ordinis peculiaria  
 vota, atque præcepta, fideliter  
 obseruentur. *omnisque cura, inquit,  
 c. 1. & diligentia à superioribus adhi-  
 beatur, vt ab illis non recedatur. & c. 22. eorum omnium, quæ de regu-  
 laribus decreuit, non obstantibus,  
 inquit, eorum omnium & singulorum  
 priuilegijs, atque etiam consuetudi-  
 bus, vel prescriptionibus immemora-*

<sup>1.</sup>  
 Aduerfa-  
 tur Conc.  
 Trid.

*bilibus, seruare præcipit execratio-  
 nem: à Regibus & Principibus  
 manus auxiliatrices exigit: vt sine  
 illo, inquit, impedimento reuocari ex-  
 quantur ad laudem Dei omnipotentis,  
 ob nimis tamen remotam Pontifi-  
 cis præsentiam statuit idem Tri-  
 dentinum de regul. c. 9. vt sancti-  
 monialium monasteria immédia-  
 tè Sedi Apostolicæ subiecta à lo-  
 corum Ordinarijs gubernentur:  
 non quidem ideo sublata exem-  
 tione, sed tanquam d. Sedis delegatis,  
 inquit, gubernentur. qui coram pos-  
 sint inspicere & prospicere, quæ  
 uerò à regularibus, inquit, reguntur,  
 sub eorum cura & custodia relinquantur.  
 consonat d. c. 10. f. 14. c. 10. *Trid.*  
 vt ne homines diuersæ pro-  
 fessionis iungantur. cui aptatur  
 non deferendam vestem lama lino-  
 que contextam: non arandum in  
 boue & asino. denique c. in decima  
 18. q. 2. iubet monialibus præesse  
 monachos, & instruere etiam in  
 doctrinis, puta in primis quoad regu-  
 lam, & constitutiones: quas  
 sciunt regulares; ignorant secula-  
 res sacerdotes, vt hodie multæ  
 sunt, tempore veterum Canonum  
 non erant. nec est porro regulares  
 maior hic tollendi necessitas, quæ  
 in cæteris exemptis Ordinibus, &  
 pridem inter effectus finitronum  
 affectuum, & grauamina, quæ ali-  
 quando ab Ordinarijs inferuntur  
 regularibus exemptis, refertur in c.  
 nimis iniqua. X. de excess. prælati, quod  
 eos de locis; inquit, in quibus Domini  
 famulantur, satagunt amouere; nisi  
 eis obediant. an hic idem superio-  
 ritatis aculeus animas paruum  
 transfixit? quod si quod ex facto  
 incommodum datum foret, de  
 quo in actis allegatum nihil; mi-  
 nus probatum; non tamen exem-  
 plò excindere Ordinem oportet.  
 monasterium, aut conuentum  
 non fecit Deus vacuum coelum  
 quia & in angelis reperit præuicia-  
 tem: non Apostolorum missionem  
 intercidit; quia & in his predicto-  
 rum: non si in clero regulari, se-  
 culari*

culari, non, si in capitibus & membris defectus inuenti sunt, & excessus, ideo extirpatus est clerus, & populus sibi relictus: sed Pontifices summi & Concilia œcumenica morbis remedia attulerunt, non agros sustulerunt, vt vt decissent morbi, corrigatur igitur, & emendetur si quid est morbidum, & monialium monasteria, quæ à regularibus reguntur, sub eorum cura, inquit Conc. Trid. & custodia relinquuntur. quod si quid his aut illis desit, eligantur austeriores: prouideatur quàm optimè disciplinæ: sed Ordine iuris seruato: sed monasteria sub regularium cura relinquuntur. aut si quid porro mutandum; mutantur leges ab eis, qui tulerunt. neque enim ab alijs possunt. c. institutionis. 25. q. 2. clem. 2. de elect. c. dilectus. X. de temp. Ordinatio. lex, inquit, superioris per inferiorem tolli non potest. Abraham c. 18. Genes. negat iudicium esse iustum, vt iustus cum impio luat. quæ semel Deo dicata sunt monasteria, mutari non possunt. c. que semel. 10. q. 3. nemo potest mutare quæ Romani pontifices instituerunt. c. institutionis. 25. q. 2. id quod & Leo scribit Martino Imp. c. priuilegia. ibidem. quare is nullam in rebus ecclesiæ, in eius etiam commodum, in sexta synodo vsurpare auctoritatem voluit. c. nos ad fidem. c. bene. d. 96. nulli hominum liceat hanc paginam infringere, inquit Pontifices, aut ei temerario ausu contraire: alioquin indignationem Dei omnipotentis, & B. Petri & Pauli se nouerit incursum. quis ergo infra Papam neget se ea voce nulli hominum comprehendi? aut diuinas has minas non vereatur?

Græue negotium est statum cuius ecclesiæ mutare, ac iure vitum. c. 2. X. de suppl. neglig. pralat. in verb. nolentes vt status ecclesiæ debitus, & antiquus per insolentiam alicuius subuertatur. & Regula 12. Cancellariæ extinctiones omnes, &

suppressiones vetat, & irritat; quæ non fiunt vi Concilij Trid. at illud monasteriorum extinctiones ne quidem admittit pro grauissimis causis. f. 24. c. 13. sed imprimis vitata est suppressio monasterij, si illius institutio, aut confirmatio à Sede Apostolica emanauit, aduersus quam quisquis alius quidpiam decernere prohibetur. c. 1. & 2. & tot. tit. X. de confirm. vnl. vel inutil. vnde Innocentius III. in c. 1. X. ne sed. vac. statum ecclesiæ Glastonenfis mutari noluit, quamuis Rex, inquit, quoque cum Regni magnatibus, & quidam Episcopi, cum multis Abbatibus poscerent illud. & 7. cum ecclesia B. de præsule fuerit ordinata, ius vestrum apud Sedem, inquit, Apostolicam prosequendi facultatem liberam habeatis. quod si instituta à Papa à nemine subuerti debeant, si credimus, quod ait Breuiarium Romanum in Officio S. Birgitæ. Ordinem illum à Christo Salvatore esse institutum; quis cum ratione illum putet licere sibi destruerere?

Permiserat quidem aliquando Martinus V. separari huius Ordinis monasteria; sed tam ipsemet, quàm subsecuti aliqui Pontifices id reuocarunt. Eugenius 15. kal. Octob. 1434. & id refert D. Antoninus 2. part. histor. tit. 16. c. 1. §. 3. & hinc post Martinum Paulus II. sub vtroque sexu erexit monasterium. sed Martinus quidem construenda in futurum mandat esse simplicia: in constructis, si plura sunt in vna dicecesi, vt Ordinarius alterum viris, alterum mulieribus, distributis etiam bonis communibus, assignaret: si vnicum, cogat, inquit, fratres aliud monasterium simplex construere: vtique non ex nihilo; sed ex bonis sui ante monasterij: vel sic constructum acceptare, eoque migrare. consonat c. in nullo. 18. q. 2. non verò vult Martinus fratres eijci, & communibus bonis priuari, vel vt mendicabula expelli. & d. c. 37. De Sa-

Martin. V.  
permissio  
qualis?

*Etiss. episc. in Auth.* iubet vt in dissolutione duplicium monasteriorum omnia antè communia viri & fœminæ diuidant.

Sed neque Bulla Martini V. ipsi Ordinarijs permittit diuidere duplicia monasteria; sed ipsis regularibus, *vnuerfis*, inquit, *fratribus d. Ordinis presentibus & futuris* &c. *concessimus facultatem*. neque aliam? ipsis imponit necessitatem, quàm, ne in duplicibus, fratrum deinceps professiones admittantur.

6.  
Ad loca  
vbi scandala  
pariat  
non extensa.

Et valde notandum est, quod Martinus V. ob scandalum ex separatione natum, reuocet permissionem; seu potius dicat suæ intentionis non fuisse tota illa regna Daniæ, Sueciæ, Noruegiæ in sua reuocatoria cõprehendere: quidni idem sentiret, si illud alibi emergeret? sed satis sit permissionem separationis, vt diximus, reuocatum esse.

7.  
Permissio  
aliam  
de futuris.

Clemens etiam VIII. diuisa in Belgio monasteria deinceps erigi permittit. 20. Decemb. 1603. & Greg. XV. anno 1622. regulam approbavit, & erigi monasteria simplicia permisit sub altero sexu. Priorem & fratres ordinariæ iurisdictioni quidem subiecit, donec aliud à Sede Apostolica ordinetur: sed omnia hæc agunt de futuris: nullatenus regias fundationes antiquas conuellunt.

8.  
Nec quid  
alibi fiat,  
aut in partu  
ducat,  
hic attendendum.

Multò minùs obstat, si quid alibi fiat: *l. 12. de off. pres.* si quid alij circa subiectionem sunt stipulati, vt pacta quidem seruentur. *c. 1. X. de pact. c. 1. & 3. de pact. in 6.* sed inter pacificentes, non vt in antiquis quomodocumque mutetur quippiam, citra authoritatem Sedis Apostolicæ. *Clem. quia contingit. de relig. dom. c. institutionis. c. priuilegia. 25. q. 2.* maxime in exemptis, vbi ipsius S. Sedis interest, ne quid aduersus Institutionem, exemptionem fiat. *c. tempore. X. de arbit. c. olim. 2. X. de priuileg. in V. priuilegia exprimebant ius nostrum, & ec-*

*clesie Rom. iustitiam tuebantur, ne in nos monasterij lesio redundaret. c. conuenientes. X. de integ. restit. verb. ius non tam suum, quàm nostrum.*

S. 5.

### De Incommodis dissolutionis non rite factæ.

Quamuis monasterium simplex esse iubetur auctoritate per canones admitti; non ideo confessariorum Ordinis pastoralis authoritas excindi potest; nisi etiam ab eo, qui auctoritatem habeat exemptos ligandi, atque solvendi. *Persuasum*, inquit Concil. Trid. *s. 14. c. 6. de cas. res. semper in ecclesia Dei fuit; & verissimam esse Synodus hæc confirmat, nullius momenti absolutionem eam esse debere, quam sacerdos in eum presert, in quem ordinariam aut delegatam non habet iurisdictionem.* & antè declarauit Concilium Lateranense in *c. vniuersi vtriusque. X. de pœnit. & remis.* atqui Episcopus non potest habere ordinariam in exemptas: implicaret enim id contradictionem, vnde inter cetera quæ aliquando ab Ordinarijs inferuntur grauamina regularibus, refertur in *c. nimis iniqua. X. de excess. preslat.* quod illorum velint audire confessiones, & iniungere pœnitentias, delegata etiam non tribuitur à Concilio Trid. aut alio ecclesiæ decreto: non igitur potest in alios transferre, aut deputare alios ad confessiones audiendas. Regula quidem *c. 14.* confessorem generalem ab Abbatisa, & vtroque conuentu eligi vult; & sic electum ab Episcopo accipere potestatem, ab illo autem statui alios ex fratribus confessarios, non adiecta mentione Episcopi. vt nec Tridentinum exigit, quoad confessiones regularium: *s. 23. c. 15.* sed demum constitutio Gregorij XV. incipit, *instruab.* quoad monialium confessio-

nes exigit examen, & probationem Episcopi. quod tamen nondum hic satis receperunt Mendicantes, alijque exempti. & d. c. 14. Regulæ concessa facultas non est absoluta; sed restricta ad sic electum. & sic præsentatum. adeoque, ut diximus supra, si quis non præsentatus instituitur, extra fines mandati & regulæ sit, commissamque ibi iurisdictionem, respiciatque rationem. *l. fin. D. de iuris. om. iud.* Omitto priuilegia omnium ferè Ordinum, quæ refert Mirand. in *Manual. prelat. t. 2. q. 33. art. 1.* quale & huic Ordini concessum asseritur. sed & illis competere potest, qui ius habent communicationis priuilegiorum, idque ritè acceptauerunt, ut nullus Regulatis alicui sacerdoti non sui Ordinis, qualitercumque priuilegiato, confiteri possit. Quod autem Regula S. Saluatoris. c. 14. ait: Confessori generali ab Ordinario concedi auctoritatem ligandi, & soluendi; interpretantur quidam pro permissione, ut verbum illud accipit glossa in c. *concedimus. de consec. d. 1.* seu potius exercitij clauium, ut est in Mendicantibus *clement. duum. de sepult.* sed Regula dicit, *authoritate;* clementina autem, *licentia*: alij aiunt initio eam diocesano competisse auctoritatem ante exemptionem; nunc eam concessam sublatam; ob repugnantiam. *l. ubi repugnantia. de regul. iur.* sed plenius dicatur non competere diocesano, nisi cum restrictione ad præsentandos; vt d. c. 14. præsentationem restrictam ad Congregationem *cod. c. 14. ut diximus*: extra exceptiones, Ordinem esse exemptum; cum decreto irritanti omnia, quæ contrà fuerint acta. aduersus quod nec ignorantia quidem à nullitate solet excusare. *c. si eo tempore de elect. in 6. c. quidam de preb. in 6.* Sed & difficile est consuetudine aut præscriptione hæc introduci. quia clauis ecclesiæ difficilè præscribuntur. vnde. *c. si*

*Epis. de penit. & remiss. nulla, inquit, potest consuetudine introduci, quod alius præter sui superioris licentiam confessorem sibi eligere valeat, qui eum posset soluere, vel ligare.* quod idem dicendum est in alijs casibus ad potestatem clauium spectantibus: quatenus ratio dispar non assignatur. nisi quod in probabili controversia ecclesiam supplere auctoritatem dicatur: aut nisi in radice præscriptæ iurisdictionis fundetur. quæ facti est: & probatione eger.

Si ergo, ut diximus, caput & superior est confessor generalis, sequitur acephalum, & anarchicum esse in spiritualibus monasterium à quo ille diuellitur: idque si exemptum est ab Ordinario, eius superioritatem internam vel externam in alium transferri non posse ab Ordinario. præsertim contra formam Regulæ, extra regulares, contra priuilegia in sæculares: minime in Abbatiâ: utpote spiritualis regiminis incapax, secundum ea, quæ tradit Siluest. in *sum. v. Abbatisa. v. femina. l. Mirand. de monial. q. 6. ar. 5. Sanchez oper. moral. l. 6. cap. 1.*

Extra controuersiam incapax femina est regiminis spiritualis à clauium potestate dependentis. aded vt nec D. Virgo fuerit excepta. *c. noua. X. de penit. & remiss.* igitur submoto confessore generali manent anarchica moniales; tam supposita exemptione; quam simpliciter secundum Regulam. quæ eis pro capite assignat confessorem generalem; eis dandum secundum regulam. *ut diximus.* non debet autem non monachus eligi in superiorem monachorum: *cum ad nostram. de elect. c. nullus. cod. in 6. non instructus in regula. c. officij. X. cod. non professus, & qui non fuit discipulus assumi in magistrum: c. ut magistrum. X. cod. nec monachus quidem alterius monasterij, cum domi sunt idonei: c. quam sit. 18. q. 2. consonat Regula S. Saluatoris c. 14. minùs alterius Ordinis. clem. 1. cod.*

7. Possessio, aut præscriptio aut in his attendenda?

8. Amoro confessor ut hic introducatur anarchia.

9. Abbatisa an esse in spiritualibus superior possit

10. An in monasterio non monachus?

3. Qualis illi?

4. Que circa hæc priuilegia?

5. Regulæ sentis.

6. Decretum que irritans priuilegium adiecit.

1. *cod. minimè alij. Trid. f. 14. c. 10. c. relatum. X. de cler. vel monach. c. inter. X. de vel. dom. c. que semel. 10. g. 3. c. possessiones. X. de reb. eccl. non alien. c. pervenit. 18. g. 2. & quamvis hæc loca ferè dici possint agere de beneficijs, & dignitatibus; tamen antiqui etiam canones agunt de præfectis per modum officij, imò quidam antiquiores sunt, quàm beneficià, vt ea hodie in proprietatem possidentur. & ferè eo spectant, quod monachi eiusdem instituti magis ipsi instructi in eo sint, vt rectius secundum illud moniales dirigere possint. quod si ergo confessorem à monasterijs Ordinis S. Saluatoris amoveas; Abbatissâ potestatis non tantum clauium incapax sit, sed cuiuscumque regiminis spiritualis; si credimus Marchantio in Baculo pastoral. d. 6. quod si extra c. 26. regulæ Ordo exemptus est, vt alibi probauimus, cui bono inducitur hoc in loco anarchia, vbi illa non possit præceptum aliquod spirituale imponere? vt idem asserit. g. 4. conc. 1. nihil præcipere per sanctam obedientiam: vt conc. 2. nihil sub peccato mortali: vt g. 5. conc. 2. quod eius præcepta non versentur circa virtutes & profectum spiritualem, vt ibidem: quod ex vi officij non habeat potestatem dispensandi in regulæ præceptis, ieiunijs, legibus ecclesiasticis: sed tantum vt ministra præcepti Prælati: vt quest. 6. conc. 1. si hic tollatur qui solus est prælatus, cuius illa ministerium geret? quod si in hac domo datum est regimen Confessori generali in spiritualibus; Abbatissâ dumtaxat in temporalibus, illo sublato, quis in loco exempto has facultates regendi in spiritualibus, dirigendi, dispensandi, in domo religiosa bene constituta necessarias, subibit? an non reducit illa anarchia ad incommoda, de quibus dicitur, paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis? In authentica de sanct. Episc. coll. 9. c. 37. seu §. in omni-*

11.  
Incommoda amoti  
Confessoris, si abbatissa sit incapax spiritualium.

bus s. feminis, expressè statuitur, vt dissolutis huiusmodi duplicibus monasterijs, ab Episcopo eis confessorius detur, quem ipsa elegerint. vt & si non fuerit sacerdos, eum Episcopus ordinet; ad faciendum, inquit, eis responsum, & sacramentis communicationem portandam. sed agit de subditis, cum tunc nondum vsurparentur exemptiones

RESPONSVM IX.

De transitu ad aliud monasterium, seu Ordinem.

PRidem statutum est ne transire liceat, vel recipi sine superioris licentia, seu leuitatis instituti, seu districtioris religionis obtentu. c. statumus. 19. quast. 3. mandamus. ibid. c. non est de regular. in eandemque sententiam data olim sunt diuersa priuilegia: sed tamen illa ita interpretatus est Innocentius III. vt si verè zelo perfectioris quis desideraret ad alium locum transire, petita, quamuis non obtenta, licentia Superioris, id liceret. c. licet quibusdam. x. d. regular. sed iterum Martinus IV. in c. cum ambitiose. de regular. in extra. u. c. cum generatim vetuit, ne quis quocumque prætextu, aut licentia de Ordine Mendicantiu transiret ad non Mendicantem; solo Carthusiensi Ordine excepto. Clem. ne professores. de regul. Rursus superuenit Concilium Trid. translationes & licentias iterum restringens. f. 14. c. 11. f. 25. de regular. c. 19. & c. 4. Constitutiones Pij IV. & Pij V. de quibus A. d. d. mor. p. 1. lib. 12. c. 14. & multis Ordinibus concessa sunt priuilegia translationum prohibitiua: quamuis ad perfectiorem Ordinem, de quibus rectè dicit L. Miranda in Man. pralat. g. 31. ar. 6. conc. 3. in fin. quod oporteat inspicere ipsa priuilegia; & maturè desuper de liberare. quod generatim decernitur

tur in c. porro. x. de priuileg. c. recepti-  
mus. eod.

3.  
In dubio  
Superioris  
iudicium  
expectan-  
dum est.

Ceterum Innocentius in d. c. li-  
cet. si probabiliter, inquit, dubitetur  
vtrum quis velit ad Ordinem arctio-  
rem, aut laxiorem ex charitate, an ex  
reuerentia transire; superioris est iudi-  
cium requirendum: ne forte angelus sa-  
tana in lucis angelum se transformeret.  
vt rectè examinat Hactenus num  
commendandus sit de vna religio-  
ne ad aliam transitus. di. quisi. l. 4. 1.  
2. d. 6. Peccatum ergo est aduer-  
sus hanc constitutionem. quippe  
meritò tam Superior regularis,  
quàm loci Ordinarius dubitare  
potuit de spiritu, quo isti religio-  
si, Ordinario etiam plenè subie-  
cti, ducerentur: inspicere etiam  
priuilegia, an capiant interpreta-  
tionem d. c. licet, an illi derogent:  
quin & examinare an arctior an  
laxior sit Ordo, ad quem transire-  
tur (nam quæ, quibusque ex causis  
arctior, altior, perfectiorue dici  
debeat, magna est vbique contro-  
uersia, tum inter Theologos, tum  
Canonistas. vt rectè idem Miranda  
ubi sup. ar. 3.) denique an sine iniu-  
ria prioris monasterij seu Ordinis  
transitus fieret. d. c. licet.

Cùm ergo horum omnium exa-  
men Innocentius remittat ad iu-  
dicium Superioris: quem siue re-  
gularem hic dicamus, siue Ordi-  
narium loci, cùm hic rogatus su-  
per licentia transeundi religiosus  
præscriperit locum & diem, quo  
illorum causas, & Prioris contra-  
rias audiret; & quod dictaret ra-  
tio, statueret, id d. religiosos con-  
temnere, & se præscripto loco &  
tempore non sistere, sed de facto  
transire, non licuit. nec magis ip-  
sis fratribus R. licuit sic transeun-  
tes recipere: d. c. statuimus. sine pe-  
riculo censurarum, per priuile-  
gia illis denuntiata comminata-  
rum.

4.  
Quo ne-  
glecto tra-  
iens re-  
mittendus  
est, donec

Perperam ergo translatos viâ  
malè ceptâ pergere non oportet;  
sed reuerti ad subeundum examen  
sui Superioris. d. c. mandamus in

verb. precipimus vt redeat. c. non est.  
c. Ioannes. X. de regul. Azor. d. c. 14.  
q. 5. & 6. vbi plures citat. quamuis in

cognosca-  
tur.

c. sanè. x. de regul. fugiens seu tran-  
siens relinquitur vbi religio maior  
est. sed agit de canonico iam ab  
Abbate recepto; neque mentio-  
nem facit priuilegiorum. & de ca-  
nonico quidem: cùm antè cano-  
nico non liceret transire ad mona-  
chos. c. nullus. c. i. seqq. 19. q. 3. cùm hi  
tantum essent laici. sed cùm & Ab-  
bates esse presbyteri. c. 1. x. de atar.  
præf. & monachi muneribus ec-  
clesiasticis applicari ceperunt, per-  
mitti transitus cepit; si maior apud  
monachos, quàm canonicos esset  
religio. denique ad causæ decisio-  
nem, non ordinationem litis pe-  
tinet d. c. sanè. Alioquin Miranda  
d. conc. 3. refert receptiones & pro-  
fessiones aduersus priuilegia fa-  
ctas, declaratas fuisse irritas, in  
alijs Ordinibus, quorum commu-  
nicationem hic etiam Ordo habe-  
re dicitur.

Quinimò habet hic Ordo sin-  
gulare priuilegium à Martino V.  
vt illum professi ad nullum alium  
Ordinem, ne quidem Carthusia-  
num, transire possint, quasi & hunc  
pro laxiori habuerit. & cùm hodie  
Concilium Trid. s. 25. de regular. c.  
19. decreuerit, vt nemo regularis  
cuiuscumque facultatis vigore  
transferatur ad laxiorem religio-  
nem; dicendum est ex d. c. non li-  
cet. nullatenus d. religiosos transi-  
re potuisse, ad Ordinem R. Men-  
dicantem, cùm ad. extrauagante  
viam ambitiose Mendicantibus per-  
mittatur transire ad d. Ordinem  
Carthusianum. vt adeoque con-  
stet d. Ordinem R. habendum esse  
pro laxiori, ad illumque ex hoc  
transitum à Concilio Trid. esse  
prohibitum.

Sed quomodocumque nego-  
tium principale dirimendum sit:  
id tamen admitti non potest, vt  
quis ex priuato seuu. neglecto iu-  
dicio Superioris causam examina-  
re volentis, transire possit. ita  
enim

enim statuit Innocentius in d. c. licet. §. si vero probabiliter. cuius verba mox retulimus. qui nec alijs eā concedit, quā cum humilitate illam, & puritate postulant. *subditus* inquit, à *Pralato cum humilitate & puritate debet transseundi licentiam postulare*. neque aliter supplet licentiam Pralati, quā his verbis, non obstante proterua indiscreti contradictione Pralati. atqui credi non potest aufuros dicere illos religiosos, sui Superioris regularis, & Episcopi loci Ordinarii fuisse indiscreti Pralati proteruam contradictionem. transuerunt ergo sine vlla, à iure concessa, licentia.

Igitur restituendi sunt, & remittendi ad iudicium sui Superioris: vt ille omnia examinet. vt supra diximus. & quemadmodum pater naturalis, ratione patriæ potestatis, petere potest filios sibi exhiberi, & potestatem fieri domum ducendi: l. 1. in princ. l. 3. D. de liberis exhibendis, item ducendis. ita dicendum est de religiosi respectu patris spiritualis, quem Dei vice supra caput sibi imposuerunt. vt loquitur & considerat d. c. statui-mus. & sanè huiusmodi spoliū est ante omnia redintegrandum. c. 1. & tot. tit. X. de restitu. spol. neque illi præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum. vt est transitus sine forma d. c. licet attentatus.

## RESPONSVM IX.

### De fratribus Cellitis.

<sup>1.</sup>  
In Belgio  
multi sunt.

**F**Ratres Cellitæ, qui in Belgio multi sunt, ab aliquibus creduntur designari in c. sancta de religios. dom. in extranag. Ioan. XXII. sub nomine fratricellorum: & alij credunt fuisse tertij Ordinis S. Francisci, aut illum nominis prætextum assumpsisse. & de talibus quærit Tuscus, & citati ab eo V. fratres tertij Ordinis, an sint ecclesiastici, &

sub sint Episcopo? conc. 470. & V. Belgicæ. conc. 32. sed vt in Beginis accidit per c. ratio. eod. in extranag. com. vt culpabilium damnatio non tra-heret secum infantes: ita & hic in fratribus cellitis, vt eadem fratricellorum damnatione declarati sint non comprehendi rectè & sine errore viuentes. imo à Iulio II. alijsque antè Pontificibus Romanis permitti sint acceptare regulam S. Augustini (cum in c. vn. §. ad hac. eod. in 6. prohibitum esset, ne qui de Ordinibus non approbatis collegialiter transfrent ad approbatos, sed dumtaxat singulariter, sine domibus suis, aut bonis concessis eis diuersis privilegijs, immunitatibus, & exemptionibus; & nominatim facultate eligendi aliquem confessorium, sacerdotem regularem, seu sacularium, qui facultatem habeat etiam à reseruatis per bullam cœnæ, certis exceptis casibus, absoluedi, data superiori illorum potestate regendi, corrigendi, incarcerandi. &c. eodem modo hæcenus in simplicitate subditi suis superioribus obediuerunt, nunc orta quadam difficultate, quidam ab aliquibus subditorum consulti negant superiores huiusmodi, vtpro re laicos, spirituale regimen aliquod, aut iurisdictionem habere in virtute S. obedientiæ præcipere posse.

Sed fatius indocti isti homines subtilitatum huiusmodi, quæ nec vernaculè quidem rectè possunt efferre, non capaces, instruerentur in simplicitate obedire præpositis suis. vt regulæ etiam D. Benedicti & Antonij, qui laici fuerunt, aliæque communiter loquuntur, & in iure ordinariè accipitur, cum Abbati, quin etiam Abbatissæ, subditi iubentur obedire. ex Regula Bened. docet Hætenus quid religiosus suo debeat superiori, *disquis. monast. p. 1. disp. 2.* quæ & erga superiores laicos olim obtinuit.

Spiri-



Spirituale quidem regimen, aut iurisdictionio, quatenus est clauium ecclesie, procul dubio competere non potest viro laico, aut femina; quæ omnino illarum est incapax, quamuis ipsa Virgo. *c. noua X. de penit. & remiss.* vbi ad clauas referri videtur benedicere, confessiones criminum audire, legere, & prædicare publicè Euangelium. quibus Siluester *in sum. v. abbatissa. n. 8.* addit quemcumque actum sacramentalem exercere. vide etiã quæ de monachis olim laicis dicuntur *causa 16. q. 1. 101.*

Cæterum spirituale regimen & iurisdictionio sine stricto rigore accepta, & quatenus ad potestatem clauium non restringitur, competere potest viris laicis, atque etiam feminis, præfectis monialium. sicut Anthonius, Benedictus, alijque monachorum veterum Superiores illam habuerunt: & Benedicti regulam docet esse spiritualem, Hastenius *Dissq. mon. l. 2. r. 3. d. 6.* præcepta spiritualia, legemque. quamuis tamen nulla illis erat iurisdictionio in rigore vocis, quo accipitur *in tit. D. de iurisdic. om. iud. & totis Romani iuris voluminibus.* quo Cuiacius etiam & alij Legistæ negant competere Episcopis & iudicibus ecclesiasticis: minùs autem eo sensu, quo iurisdictionio spiritualis restringitur ad clauas ecclesie, Ordinis, aut iurisdictionio inde fluentis.

Attamen quomodocumque vocanda sit illa authoritas quæ competeat huiusmodi Abbatibus veterum monachorum, eo sensu spiritualis erat, ipsumque illorum regimen, quo distinguitur aduersus carnem, & mundum; quo in religione promittitur conuersio morum: quo regula præscribit viam ad virtutes. vt in regula D. Bened. *c. 4.* instrumenta bonorum operum, vbi ad fin. D. Benedictus: *hec*, inquit, *sunt instrumenta artis spiritualis, de quibus latè Hastenius vbi sup. l. c. 1. d. 1. 2. 3.* D. Paul. 1. Cor.

9. dicit se spiritualia seminasse & *c. 14. moget: emulamini spiritualia: & c. 2. animalis homo distinguitur aduersus spiritualem.*

Eoque sensu Abbates illi laici, & femina; veri erant prælati. quo & præpositi Isidoro dicuntur. *c. quamuis. de verb. significat. c. 1. X. de maiorit. vera illis competit superioritas, & à subditis debetur obedientia. c. dilecta. X. de maiorit. & obedient. c. 1. 10. & tot. tit. X. cod. c. dilecta. X. de excess. prælat. vbi, ex titulo argumentando, abbatissa & prælata est, & in textu capituli etiam clericorum dicitur caput, & patrona: & in c. dilecti X. de arbit. excellens femina ex consuetudine admittitur iurisdictionio esse capax. vt & apud Azor. *Inst. mor. p. 1. l. 13. c. 16. q. 5.* etiam spiritualis iurisdictionio, quomodo D. Benedictus in *c. 2. de abbat. & c. 4. de obedientia* loquitur: monet nomen maioris factis implere, Christi dicit viçes gerere, explicat illud Apostoli *accepistis spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus abba pater.* prosequiturque de doctrina per Abbatem impendenda: & ad finem: *sciat, inquit, qui suscepit animas regendas, præparet se ad rationes reddendas.* iterum *c. 27. noverit se infirmarum suscepisse curam animarum.* ecce regimen animarum; etsi non cum spirituali clauium potestate, quod vt laicis, ita & feminis competit in suos. & *c. 4. obedientibus* Abbatibus applicat illud, *qui vos audit, me audit.* quare vt in manu abbatum, ita & abbatissarum sollempnis sit professio. *c. consului. X. qui clerici vel vouentes.* & sicut abbatissa suas velare prohibetur *c. statutus. 20. q. 2.* ita & abbas laicus cætera sacra peragere.*

Quod si postmodum in Concilio Pictauesi *c. 1. X. de stat. qualitat. & Ord. præficiendor. & alibi decretum fuerit vt Abbates, Decani, & præpositi presbyteri fierent, eisque in suos tantum data potestas clauium, non tantum quanta*

parochis

8. Non vt clauium.

90. Sed ad sensum Regularum & iuris.

10. Qualis & quanta in veteribus abbatibus.

11. Quo sensu & in c. ministris.

12. Obedientia votiuarationem non mutauit, quæ superuenit Ordinis & clauium potestas.

parochis in suos ad ligandas & solvendas animas, (adeoque in monachos competebat parochis locorum, si alium sibi assignatum non haberent, ut fere solebant, cui in eos dabatur quasi cura pastoralis, & parochio iurisdictionis spiritualis: *c. qui vere. c. agapitus. 16. q. 1. & in regula S. Augustini presbytero monachorum maior autoritas tribuitur, quam Præposita: ut ad illum referatur, quod huius vires excedit: sed notabiliter inquit, apud vos, quasi non passim): sed & terè quanta Episcopis per diocesim, per diuersos successiuè canones, ut multi quasi Episcopalem in suos iurisdictionem habeant. tamen id non mutauit rationem naturamue vtorum, instituti, aut Ordinis: adeoque quo vsque se extendebat abbatum veterum potestas præcipiendi, & in monachis obligatio obediendi, quæque ex regulis Anthonij, Benedicti, Abbatibus competunt, aut subditi eis deferre tenentur, quæ de illis veteres patres scribunt, aut antiquæ ecclesiæ canones præscribunt, mutata non sunt. sed quæcumque est obedientia ex regula debita; vna hodie, eademque est, quæ olim: idem inobedientia peccatum, quoad votum: cuius obligatio ex regula, eique innixa immutabiliter voto, nullam recipit mutationem ex augmento iurisdictionis Abbatis, aliunde quàm ex voto adscitæ: scilicet ex attributa ei spirituali iurisdictione clauium. cui ideo non ex voto, sed lege ecclesiæ subijciuntur, adeoque in quantum ei tributa est parochi potestas, in tantum ad eundem modum debent ei obedire ut parochi: in quantum ex Episcopali est ei autoritate tributum, quantum debebant concedenti quoad concessa: sed rursus ex lege, non ex voto, sicut Episcopis non permittitur regularibus, quidpiam præcipere supra regulam, nisi secundum canones. ut omnis obedientia à reli-*

gioso debita est secundum regulam, non supra. *Vide quæ diximus in consult. canon. de maioritate & obedientia, consult. 1. regulæ autem obligatio ex sua institutione cognoscenda est; ut spectanda rerum primordia. l. denique. §. siquis D. de miser. adeoque aduentibus mutationibus ipsa non alteratur. velim autem scire, an quod v. g. D. Benedictus laicus (ut latè docet Hafemius in Regul. S. Benedicti, proleg. 18. ut generatim monachi, quod nomen & abbates comprehendit, olim non fiebant clerici *caus. 18. q. 1. c. 28.*) ex regula sua, & suscipientium illam voto, non potuisset exigere, nunc illi auctiores aliunde prælati exigere possint ex voto? an, quod ille non potuit exigere, imperfectam reddiderit abbatum autoritatem, & monachorum obligationem? veteribus illis quidem de fuisse aliquid ad omnimodam autoritatem nemo negarit. hinc enim D. Benedictus in reg. c. 64. requirit in ijs, qui domesticis monitis & correctionibus emendari non potuerint, Episcopi accessum. quod si hoc imperfectionis est, non voti est, sed iurisdictionis, cui si nihil imperfectionis sit relinquendum, & omnis Episcopalis, & papalis supremiatis plenitudo aduocanda est. sed hæc non sunt regulæ aut voti, sed hierarchiæ, cui quæ subordinatio obedientiaque debetur; legitima est, non votua. atque ita distinguere oportet utraque in hodiernis Abbatibus: multoque magis in Episcopis, ubi se pro immediatis prælati habent, quoad eos Ordines, qui quamuis non sint exempti, tamen ex præscripto regulæ id non obtinent.*

Itaque non est hic anxie disputandum an huiusmodi superiores laici fratrum cellitarum veri sint prælati? non quoad dignitatem, quæ in opinione hominum maxime consistit, sed autoritatem & iurisdictionem, qualem habuit Anthonius, Benedictus, & similes laici

laici olim Abbates. in quibus procul dubio non fuit potestas spiritalis aliqua clauium, quarum laici sunt incapaces, & tamen fuit omnino illa, quæ ex regula fuit requisita, & ad regendum necessaria, ad leges suis ferendas, ius suis dicendum, rigorem relaxandum, pro temporum personarumque oportunitate, seu dispensandum, præcipiendum, vetandum, corrigendum, puniendumque quantum causa, & natura status religiosi exigat. adeoque & in virtute obedientiæ præcipiendum, ad conuersionem morum, & spirituales virtutes dirigendum, atque profectum omnem spiritualem religiosorum suorum procurandum: & consequenter religiosos in vim votiæ obedientiæ monitos ab his abstinere, vel illa facere iustos teneri quod superioribus vouerunt reddere: tantamque fuisse obligationem vouentium olim D. Benedicto, quantum est vouentium Abbatibus illius successoribus; quamuis hi & mitras nunc, & peda habeant, iurisdictionem spiritualem, baculum pastorem, & fere Episcopalem.

Hæc enim omnia Regulæ & regularibus præfectis aduentitia sunt, nec regulæ effectus, obligationesue votorum mutauerunt: sed consideranda sunt tanquam duæ naturæ diuersæ potestates, in eadem persona, diuersis ex fontibus confluentes, sicut discreta, sacra & civilis potestas; *c. duo sunt. dist. 96.* tamen diu apud Iudæos sacerdotes summi sacrum & profanum imperium in populum habuerunt. Melchisedech Rex Salem fuit, & Dei sacerdos; & Anus apud Virgilium *Rex idem hominum, Phæbique sacerdos.* sic & Romanus Pontifex hodie & caput ecclésiæ est, & Romæ pluribusque Italiæ locis temporalem etiam gladium obtinet: sed aliter atque aliter, & propterea obedientia Pontifici Romano, vt Christi Vicario, debita non se extendit ad alterum gladium, dum alio iure obtinetur; aut exer-

etur. & vice versa obedientia à Romanæ vrbs, patrimonijque ciue, incolæ, aduena, quouis pagano etiã & Iudæo debita latè distinguitur ab illa, quæ ab aliquo membro ecclésiæ debetur illius capiti, vt tali.

Satius Ergo remotis subtilibus intellectibus, & difficilibus dispositionibus, fratres Cellitæ subditij homines indocti monerentur, eo sensu debere obedire suis superioribus, quo regula disponit: plano scilicet, & simplici: & vt centurio ille dicebat *Luca 7. Ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic vade, & vadit; & alij veni & venit: & seruo meo fac hoc, & facit.* & Petrus *ep. 1. c. 1. quasi filij obedientia.* & Ecclesiasticus *c. 3. filij sapientia ecclésiæ iustorum, & natio illorum obedientia, & diuinitio,* & Samuel *1. Reg. 15. melior est obedientia, quam victima.* & Patriarcha Benedictus, quamuis, vt diximus, laicus, in *regula c. 5. mox vt aliquid imperatum à maiore fuerit, ac si diuinitus imperetur, moram pati nesciant in faciendo.* & Paulus *ad Ephes. 5. omnia facite sine murmurationibus.* & David, *voluntariè sacrificabo tibi. psal. 53.*

Quibus expensis cenfeo bonis monitis dedocendam esse subtilem nimis murmurationem, coertum hunc instruendum ad plenam obedientiam, quam parificari non rectè putato cum obligatione patris & filijfamilias. quia ethi iurisdictionio propriè ex voto non tribuatur prælato, vt tali seu laico, & habere cenfeatur œconomiam tantum; existimo tamen maiorem ex voto obediendi nasci obligationem secundum regulam; quæ ex decalogo filijs quoad parentes: & in virtute sanctæ obedientiæ præcipere posse huiusmodi prælatos laicos, & foeminas: iuxta *Azor. Inst. mor. p. 3. l. 13. c. 10. q. 7. et si alij dissentiant.* Tamburin. *de iur. abbatiss. d. 12. q. 5.* neque vsus loquendi attendendus est, sed intentio regulæ, cum de illius obligatione quæritur. quæ vtique tendit ad simplicem & plenam obedientiam, iuxta præscripta regulæ S. Augustini:

O 2 quam

15.  
Satius consulere istiusmodi religiosi simplici obedientiæ obuiosque planoque sensu acceptam.

quam, vt diximus, fratres Cellitæ hic acceptarunt. & , si manserit pernicacia, certum est posse superiorem ad coactionem, & poenas procedere, per priuilegia Apostolica permiffas, & vbi monitionibus amplius locus non datur, concessio baculo vti, & *compellere intra e.*

Quatenus hæc eadem obtineant in præfectis monialiu.

Igitur que de superioribus laicis diximus, applicari possunt & foeminis, nã potestas ea que Iurisdictionis est, nõ clauium, æqualis est Abbatis, vt Abbati, & ordinariã esse vult Panorm. in c. continebatur. X. de his que sunt à prælat. sine consensu Capit. quippe quæ competat ratione dignitatis, neque tantum in temporalium bonorum administratione, sed etiam in regimine spirituali. idque disertè eluincitur per c. dilecta & c. vlt. X. de Stat. mona. h. vbi, præmissis pluribus ad regimen spirituale spectantibus, de correctione superiorum, inferiorum, visitatorum, beneficijs &c. ad finem hæc omnia, inquit, etiam in monasterijs monialium, quoad articulos Abbatissis & monialibus congruentes, præcipimus obseruari. congruere autè potest potestas, non Ordinis, sed iurisdictionis. d. c. dilecta. ex eoque cap. Stephanus D'aluin in tract. de potest. episc. c. 3. ex Panorm. notat primò correctionem monialium principaliter spectare ad Abbatissam, vt monachorum ad Abbatem; secundò correctionem fieri non tantum secundum regulam, sed secundum canones, tertio dispositum in monachis & Abbatibus, extendi ad Abbatissas, & moniales. vt masculinum concipere dicitur foemininum in fauorabilibus, non odiosis.

Porro prælaturam cum iurisdictione spirituali comperere posse Abbatissis, imò & ius visitationis etiam extra monasterium, quod, vbi clausura seruatur, etiam alteri committere possint, ait idem D'aluin. d. c. 3. n. 10. ex Parisio de resig. benef. lib. 3. q. 12. n. 14. idemque tradit Baunius in sua Prax. can. lib. 1. c. 2. ex Barbof. lib. 1. iur. ecclesie. 45. n. 38. Eman. Rod. quest. reg. q. 5. ar. 1. & ex Barbof. rationem

profert, quod moniales Abbatissæ obedientiã voueant, non tanquam matri; sed tanquam Prælatæ. cuius munus est approbatum à Sede Apostolica, iuxta regulam, quam profitentur, ad regimen spirituale, & temporale, gregis sibi commissi, in omnibus quæ non repugnant sexui famineo. eoque iure ait esse in possessione abbatissas dispensandi in ieiunijs regulæ, in esu carniũ & ouorum, alijsque austeritatibus regulæ, atque eiusmodi prælaturam & præbendas monialium esse vera beneficia ecclesiastica luculentè probat idem D'aluin. c. 4.

## RESPONSVM XI.

*Monialibus sub conditione si dispergantur, vt relinquì possit.*

**A** Leydis ingressura monasterium testamento cauit, vt si contingeret, occupantibus rēdem hæreticis, moniales dispergi, nec conuentualiter habitare posse, certus reditus ei solueretur, aut certus fructus bonorum hæredibus aliquin relictorum ipsi cederent, quos in alimenta sua reciperet; de licentia superiorum ecclesiasticorum, ad id potestatem habentium.

Non peccat hæc forma contra votum paupertatis, aut rationem. & quicquid mali concipi potest, tollit conditio beneplaciti; seu licentia superiorum.

Rationi congruit, vt quantum, quæ monacho dantur, legantur, aut ab ingressuris monasterium sibi danda ordinantur, in monasterij proprietatē tranfire intelligantur; tamen si contingat non totum monasterium posse sustentari, data sic legata, vel ordinata vecti ante omnia debeant in necessitates eius, cui data, legata, reseruata sunt. *Novarr. & alijs citatis à Barbof.*

## RESPONSVM XII.

## De congregationibus regularium.

Congregationes regularium in singulis regnis, prouincijue institui, ac singulis triennijs Capitalia generalia celebrari, pridem decretum est. c. in singulis cum seqq. X. de stat. monach. resumpsit illud Concilium Trid. de regular. f. 25. c. 8. sed interest, quod d. c. in singulis, cum raræ adhuc essent exemptiones, maximè loquatur in non exemptis: atque eapropter eiusmodi congregationes institui iussit saluo iure diocesano pontificum, tamen non excludat exemptos: & in c. ea que. seqq. diserta fit distinctio inter exemptos, & non exemptos. ita ut secundum duas illas decretales utrosque indistinctè in eandem congregationem conuenire oporteret: ad quod, inquit d. c. in singulis, vniuersi conueniant. Concilium autem Trid. dumtaxat cogit congregationes instituere illa monasteria, quæ non habent Capitula, & visitatores generales; sed immediatè sub sunt Sedi Apostolica: neque tamen excludit non exemptos: quin potius includit, dum has congregationes mandat fieri iuxta formam d. c. in singulis: quæ potius innouatio est, adeoque non exemptorum etiam inclusio. & sanè differentia ratio non est exigua ut hi cogantur, non illi; cum tales exempti neminem, non exempti Episcopum habeant inspectorem. eoque d. c. 8. non obseruantes illud decretum, pro omni poena subijcit Ordinarijs, prout c. 9. ibid. monasteria talia monialium simpliciter subijcit. Igitur possunt congregationes exemptorum & non exemptorum fieri priori iure, quod Concilium non mutat. neque porro eo sine Pontificis exemptiones concedunt, ut dissol-

O 3 uatur

Substantiam voti paupertatis ea formula non oppugnat: neque quod monialis administrat quoddam redditus vitalitios, seu peculium, ex quo uiuat. dummodò non animo habenda proprietatis, sed administrationis dumtaxat, à Superioribus permittit, id fiat. quod ne quidem hodie aduersari Concilio Trid. tenet Nauarrus, & alij omnino multi, quos citat Barbof in Collect. DD. ad Conc. Trid. f. 25. de regular. c. 2. n. 2. & seqq. & n. 14. Et quamuis regulariter dicamus id à mente Concilij recedere, tamen casus tantæ necessitatis meritò dicitur non pati communem legem, sed causam reducere ad naturalem æquitatem. Quinimò mens Concilij d. loc. c. 2. sub fin. in verb. nihil etiam, quod sit necessarium, eis denegatur, satis videtur facere, ut huiusmodi conditionalem dispositionem legitimam dicamus. cum illa conditione eueniente, iam ibi disciplina regularis, & dispensatio cœnobitica seruari nequiret, eoque necessarium foret singulis dispersis administrationem concedere, quemadmodum olim etiam, qui votum religionis emiserant, permitti etiam fuerunt in parentum, ac alij adibus sibi viuere, & peculium habere, sine offensa voti paupertatis. c. de viduis & puellis. & ibi gloss. in v. proprijs. c. mulieres. & ibi gloss. in v. domibus. 27. q. 1. c. insinuant. & qui cleric. vel uolentes.

Sed neque contrariatur dispositioni istiusmodi conditionali fidei commissaria hinc substitutio. quippe quæ sicut per ingressum religionis de iure cessat: Nouell. 123. §. sed & hoc present. sic neque edicta patria, quæ immobilium tantum acquisitiones per manus mortuas, non huiusmodi casum respiciunt, aduersantur. & quamuis videatur aliquibus dicta Nouella à praxi nostra non esse recepta, tamen alimenta ad vitam, redditus, aut fructus non possunt videri in eandem causam cadere.

vi dispertit sibi reliqua admittent, cum antiquo & moderno iure conuenit.

An folijs exemptis competant?

non non

uatur minuatúre disciplina, & per illas ab alijs secerantur in his que communia sunt religioni. Sic Benedictus Papa an. 1337. Capitula huiusmodi esse voluit pro exemptis simul ac non exemptis. & Pius II. an. 1458. Bursfeldensem Congregationem olim reformatissimam, & que utrosque complectebatur, laudauit, atque confirmauit.

2. Nō exempti non sunt incapaces congregationum, & in eis officiorum.

Instituta tamen hęc est congregatio talium exemptorum dumtaxat; quę seu ex non recto d. c. 8. intellectu (vt & alibi accidit *Chopin. de sac. polit. l. 2. c. 7. n. 13. Monfl. l. 2. c. 2. n. 7.*) seu aliās, quosdam non exemptos in illam venire postulantes reiecit: quendam autem Prælatum de exemptione cum Ordinario litigantem admisit: adiecta tamen conditione, si exemptum se doceret. Is annis nunc viginti in ea fuit possessione, vt ad omnia Capitula fuerit receptus, & cum sapius eadem quęstio recoleretur, tandem à Capitulo generali impositum est silentium promotori congregationis: denique ipso in præsidentem, ac visitatorem est electus, non obstante quorundam protestatione contrariā (quę ius non tribuit, etsi conseruet, *c. fin. X. de appell.*) & appellatione (quę aduersus constitutiones regulares non iuuat. *d. c. in singulis. c. quia nos. X. de appell. vbi gl. & DD.*) Opponitur autem incapacitas ex defectu exemptionis: at verò nulla est incapacitas inducta à iure; vel Concilio Tridentino, non à iure, quia d. duę decretales non admittunt tantum; sed pro vsu illorum temporum loquuntur potissimum de non exemptis: non à Concilio Trid., quia d. c. 8. nullatenus d. decretalibus derogat; sed potius innouat, vt mox dictum est, & causa differentię reddita: neque porro iuris derogatio intelligitur fieri, nisi disertè exprimat. *l. sanctimus. C. de testam.*

Quod verò spectat ad intentio-

nem, & forte expressam conditionem instituta d. congregationem vt in eam non nisi exempti recipiantur; isti iam derogatum est contrario Congregationis decreto; quo desuper impositum est promotori Congreg. silentium, potest autem à priori decreto discedi, si ad publicam utilitatem spectat rescissio. *l. 7. D. de decre. ab Ordine faciend.* quin & ipsa electio in præsidentem, & missione in visitatorem videtur recessum à conditionibus antea appositis, vt decisum est in matrimonio carnali, per illius consummationem recessum intelligi à conditionibus contrarij appositis, denique, qui aliquem non ignarus conditionis eius, assumit in iudicem; intelligitur super requisita alioquin qualitate dispensare; seu à iure suo recedere. *l. 57. D. de re iud.*

Vt sanè nihil ei deinceps ex eo capite obijci possit, quinimo mota quamuis quęstione super capacitate, remanere debet in possessione quasi membri d. Congregationis: & nunc in præsidentem, visitatoremque assumptus, officium exequi; ac recipi debet, quamuis potestea proprietatis iuris euincatur, & membrum iure declararetur esse non potuisse. *arg. c. 19. d. de ir. patronat.*

Neque verò visitatis patrocina- tur protestatio contraria, seu appellatio; vt diximus, quin & eam pro friuola in causa visitationis habendam expressè decreuit Concilium Trid. *f. 13. c. 1. in fin. eoque* & in causa Congregationis bibendæ, cum ea præordinetur ad visitationes, morum reformationem, & correctionem excessuum. *Conc. Trid. f. 24. c. 2. in prim. in quibus appellatio cessat. d. c. 1. c. 10. f. 24. quod cap. 1. etsi vt & c. 10. f. 24. tantum videatur loqui in Episcopis eorumue vicarijs, vt in inferioribus non obtineat: citatis à Barb. in Collect. DD. ad Conc. Trid. ad d. l. 1. n. 8. tamen generalitè loquitur f. 22. c. 1.*

22. c. 1. vt merito obtinere debeat in habentibus iurisdictione quasi Episcopalem. qualis tribuitur alijs Capitulis, Præsidibus, & visitatoribus generalibus Ordinum: cum & hæc ipsa à d. c. 8. Congregationibus tribuatur. de quorum Capitulorum generalium aliorumque auctoritate vide latè Mirand. Man. Præl. t. 2. g. 6. 7. art. 1. & multis seqq. præter ius commune in d. c. 10. c. reprehensib. X. de app. c. ad nostram eod. c. irrefragabili x. de off. Ord. diximus in Conf. can. de accus. consl.

Sed & in d. c. singulis & seqq. non plena attribuitur præsidibus, & visitatoribus electis, auctoritas, vt in Concilio Tridentino d. c. 8. §. ipsis autem congregationibus constitutis illarum generalia capitula, & ab illis electi præsidēs, vel visitatores eandem habeant auctoritatem in sue congregationis monasteria, ac regulares in eis commorantes, quam alij præsidēs, ac visitatores in ceteris habent ordinibus &c. iure ergo magistratus sui habent iurisdictionem à Concilio attributam: eoque in numero Ordinariorum iudicum sunt censendi. vt non videantur habere perplexam, intricatamque iurisdictionem; minisque facillè recusari possint, vt commissarij, seu extra ordinem delegati: dummodo à Capitulo generali sint ritè electi.

Enimvero non tantum ad crimina & excessus corrigendos, sed maxime illæ Congregationes instituntur, vt in illis diligens, inquit d. c. in singulis, habeatur tractatus de reformatione Ordinis, & obseruantia regulari, & quod statutum fuerit, inuiolabili: et obseruetur: omni excusatione, contradictione, & appellatione remotis: & d. c. 8. teneantur, inquit, sue Congregationis monasteria frequenter visitare, & illorum reformationi incumbere, & ea obseruare, que in sacris canonibus, & in hoc sacro Concilio sunt decreta. adeoque s. 22. c. 1. alijsque supra, ac infra citatis.

Quare ad præsidem, visitatorumque spectat inspicere habi-

tum, cucullam, tonsuram regularium. *essentim*, vt inquit Concilium Trid. s. 14. c. 6. *habitus non facit monachum; oportet tamen clericos vestes proprio congruentes Ordini semper de ferre; vt per decentiam habitus extrinseci morum honestatem intrinsecam ostendant.* & s. 23. c. 6. habitus & tonsuræ conuenientis delationem exigit: vt & omnem honestatem s. 22. c. 1. & denique omnem monasticæ vitæ disciplinam restitui cupit: de regular. c. 21. sed imprimis c. 1. *ibid.* religiosos, ad primæuum institutum, & ad regulæ, quam professi sunt, præscriptam vitam instituire; & superiores in Capitulis, & visitationibus curare, vt ab eo non recedatur.

Ideoque rectè inquisitum est à Præsidente, Visitatoreue in cucullæ, habitus, & tonsuræ formam; & in titulo reformationis, mutationem: & an grata nouitas dumtaxat, & nomen reformationis; an magis res ipsa sit: aurumne an aurichalcum; an assumpta forma ad primæuum Regulæ institutum, præscriptæue pertineat? an salua fratum charitate, an sine scandalo (nam & hoc in reformatione abesse cupit d. c. in singulis, & illa semper prima parte, habet) mutatio fiat. nam & morborum leniorum curam suspendere medicos interdum oportet; si vrgeant grauiorē, aut morbo medicina grauior sit futura. adeoque Visitatori actionum suarum rationem dare debent tam Prælatus, quam regulares, nam ad vtrosque Præsidis Visitatorisque cura extenditur. d. c. in singulis, cum seq. d. c. 8. in v. in sua congregationis monasteria, ac regulares in eis commorantes.

Prohibere ergo non potest Prælatus suis religionis ne coram Præsidente ritè electo compareant, sed & in ipsos contumaces præses potest animaduertere. d. c. ea. X. de stat. mon. vers. ipsi autem Visitatores monachos, quos contumaces inuenerint, & rebelles,

cucullæ, tonsuræ

10. An vera an obtexta reformatio sit.

11. An omittenda ob scandalum, aut fraternæ charitatis iacturam?

Prælato, an Visitatori obediendum sit?

5. Competit ei vt alijs iurisdictione quali Episcopalis.

6. Tributa à Concilio Trid.

7. Eoque ordinaria, nec perplexa.

8. Visitatori incumbit cura reformationis, regularis obseruantie &c.

9. Eoque & habitus,

*iuxta modum culpæ vice nostræ, regulari censura, percellant: absque personarum delicto: non parcentes rebellibus ob suam pertinaciam, vel potentiam amicorum: quin ovem morbidam eijciant ab ovili. ne inficiat oves sanas. adeoque religiosi iubentē præside, vetante prælato, maiori potestati debent obedire. c. quæ contra. dist. 8. c. qui resistit. 11. q. 3. nisi fortè rationabiliter controuersa fuerit illius iurisdicção. nam cum huius certa sit autoritas, certum obedientiæ ex voto debitum, facit ea certitudo vt potius huic, quam illi obedientia exhibeatur. qua tamen in controuersia, sepositis iuris apicibus, multum deferendum est possessioni: in qua si pridem fuerit superior potestas, illi præ inferiori obediendum est: donec aliud causâ cognitâ sit statutum.*

Quare, si quid emerferit quod non possit concordi deliberatione in ipso Capitulo expediri, iussit d. c. in singulis §. si vero. id ad iudicium Sedis Apostolicæ sine scandalo referri. quæ interim dum consultitur, nihil est innouandum. concordia, inquit: sicut pauld antè dixerat, quod à quatuor præsidibus in inchoatione congregationis concorditer esset statutum, obseruaretur sine vlla contradictione. quod ipsum etiam in principijs Congregationum seruari voluit Concil. Trid. d. c. 8. dum formam d. c. in singulis iubet seruari in inchoandis congregationibus. sed & pergit vltèrius Concilium in §. ipsis autem congregationibus constitutis. mandatque vt illarum generalia Capitula eandem habeant autoritatem, quam aliorum Ordinum: ideoque non iam concordia deinceps resolutione opus est; nec vnus, paucorumue contradictio remorari potest deliberationem, & executionem: sed quod maior pars statuerit, vires integras habet. secundum constitutiones aliorum Ordinum. ita vt & quod in illis decisum fuerit, cenferi amplius non debeat ad dif-

ficultatem spectare; ob quam recursu Romano opus sit.

Sic tamen vt capitula, præsides, visitatoresque maneat intra limites reformationis, & visitationis respectu. nam illos si excesserint, non eis suffragabitur priuilegium d. c. in singulis. excusationem, & appellationem reijciens, aliorum similibus canonum. Terminæ reformationis autem & visitationis etiã temporalium administrationem complectuntur. d. c. in singulis. rem in fin. id. c. ea seq. in princ. in v. item in spiritualibus quam temporalibus. & vers. si autem dilapidator. d. c. 8. de reg. Conc. Trid. c. 8. f. 21. vt magno abusu à Curia Parisiensi, quò abusus ergò prouocatum erat, irritata sint decreta quoad monachos prouentus rectè administrandos, à simili congregatione edita. vt refert Chopin. d. c. 7.

Sed & quæritur cum vnuerſi abbates, & priores abbate non habentes, vocari debeant. d. c. in singulis. quid si vel Sedes quorundam vacant, vel hostilitate venire impediatur, vel contumacia abſint, & qui comparent non sufficiant duas tertias, an ij Capitulum celebrare, præsidem eligere, visitatorem committere, cætera congregationis munera exequi possint? remittenda est vtique questio ad constitutiones aliorum Ordinum, præsertim Cisterciensis d. c. in singulis in princ. super autoritate concessa Capitulis, Præsidibus, visitatoribus decernentibus. d. §. ipsis vero congregationibus constitutis. de quo videndi DD. in d. l. 3. de decret. ab ord. faciend. & alibi passim. sed & ipsæ constitutiones aliorum Ordinum inspiciendæ, ac canones in Capitulis prouincialibus, & generalibus desuper statuentes.

14. Seu quod à maiori & saniori parte decretum.



RESPONSVM XIII.

*Professus egressus si uxorem duxerit, ubi eadere instituenda cognitio?*

**P**etrus post emissam in Ordine M. exento professionem intra quinquennium de nullitate questus, & Romam est profectus: quid peregerit non satis constat: inde rediens & in Angliam diuertens ibidem circa formam Concilij Trid. ibi non publicati uxorem duxit: in Belgium redijt, & in pago L. quasi domicilium fixit, aliquot mensibus habitauit: certiores facti Superiores Ordinis illum currui impositum abduxerunt ad conuentum A. & carceri inclusum illa prosequitur, quæ se dicit uxorem.

Rectè iure patrio per Ordinarium ei permiffum est iniicere arretum, vt causa matrimonialis ab illo cognoscatur. quippe quæ in prima instantia ad solos Ordinarios pertinet. *ex regula cap. 20. in princip. & §. ad hac. f. 24. Conc. Trid. & consequenter causa legitimitatis suæ prolis, quæ etiam ad Ordinarium pertinet. tot. tit. X. qui filij sint legit.*

Et quamuis idem Concilium *f. 25. de regular. c. 19.* quæstiones nullitatum professionum disceptari velit coram regulari Superiore, & Ordinario: tamen loquitur illud quando causa nullitatis instituitur principaliter, & ab ipso professo, non verò, quando incidenter, & ab ea, quæ se dicit uxorem, matrimonialis quæstio principaliter instituitur, & incidenter tantum potest excipi super nullitate professionis. incidentalis enim quæstionis legitimus Iudex est idem, qui principalis: etiam qui de illa principaliter instituta cognoscere non possit. *c. causam X. de in in-*

*reg. restit. l. quoties. C. de ind. l. r. C. de ord. cogn. vbi iudex de causa status cognoscit incidenter, qui non potest principaliter.*

Potest ergo Superior, in exceptione se causæ interponere tanquam pars; non verò vt Iudex, inuito Ordinario, si tamen cum Ordinario cognoscere cepit de nullitate; ob præuentionem iuxta formam d. c. 19. illam quæstionem peragere poterit: ob eandemque tanquam præiudiciale causa matrimonialis suspendi debeat. *c. tuam. X. de ord. cog. Myns. cent. 1. obs. ult. manente interim arresto.*

Sed dum causa cognoscitur, nisi euidenter friuolæ sint allegationes nullitatis, adeo vt nec spolijs eadat restitutio; an obtineri debeat dispositio d. c. 19. vt reassumpto habitu in monasterio sit; an demum eò redire compellatur causa cognita & decisa; iuxta formam *c. 1. X. de is que vi & met. vide que diximus in lur. pont. nou. anal. de regular. n. 47. in fin. vide & c. t. nor. 10. X. de sentent. & re. ind. vbi ante decisionem ad superinductam accessus prohibetur.*

De Religiosis Domibus.

RESPONSVM I.

*Testator legatum perpetuum reliquit consanguineis solvendum cum ad statum peruenierint: quasitum est, an, quæ beginagium ingressa, & illius more professa est, ad statum peruenierit, & legati capax sit facta?*

**Q**uemadmodum in lege ex his C. quando dies leg. legitur hac clausula, cum filia ad legitimum statum

<sup>3.</sup> Quando nec tenetur Ordinaris Superiorioris admittere vt conuidis cem.

<sup>4.</sup> An vxor spoliata, an monasterium sit restituenti?

<sup>1.</sup> Cora Ordinario loci arretum de causa matrimoniali principali.

<sup>2.</sup> Et incidenter de nullitate professionis.

<sup>1.</sup> Ad statum peruenire.

2. Approbatum;

statum peruenierint; ita vetus formula notariorum erat in condendis testamentis, vt huiusmodi legatis aut institutionibus adijcerent, qui, aut quando heredes, legatarie peruenissent ad statum aliquem approbatum, siue ecclesiasticum siue secularem. eâ phrasi imminutâ securum est illud Horatij, breuis esse laboro; obscurus fio. si notarius hic statum approbatum addidisset, careret elogium controuersâ. Quamquam à Clemente V. in c. 1. §. fin. de religiof. dom. non reprobatur sit, genus vitæ Deo deuotum, sub modesta veste, in spiritu humilitatis Deo famulantium. tamen si schema publici regiminis assumpserint, id reprobatur. c. sancta de rel. dom. in extrauag. Ioan. XXII. in verb. quidquid per eas communiter vel diuisim sub religionis, conuentus, collegij seu congregationis nomine, vel colore attentatum existit, nullius fuisse, & esse decernimus firmitatis: & quatenus de facto processerunt; reuocamus omnino. Sic Greg. IX. reprobatuit mulieres discalceatas, chordularias, seu minoretas nuncupatas. diploma recitat Tamburin. de iur. Abbatiss. d. 7. g. 10.

3. Vt quis intelligatur?

4. Religionum non approbarum damnatio antiqua.

5. Pij V.

Concilium Lugdunense sub Greg. X. omnes nouas religiones, sine Sedis Apostolicæ autoritate erectas. c. 1. de religiof. dom. in 6. & Pius V. constit. in Pij. circa 4. kalend. Iunij 1566. omnes etiam tertiarias in congregatione viuentes tria vota solemniter emittere voluit, aut imposterum nullas recipi: & alia constitutione edita 15. kalend. decemb. 1568. omnino huiusmodi congregationes vetuit non tantum; sed etiam separari iussit, nisi solemnem professionem sub aliqua regula approbata, quam elegerint, emittere maluerint. de qua Malderus de iustit. tract. 10. c. 5. de voto. dub. 3. in fin. illud denique, inquit, hic monendum merito à Pio V. constitutum esse constitutione vnica de votis in Septimo Decretalium per P. Mathaum edito, vt congregationes in communi, & sub obedientia volunta-

ria, cum distincto à secularibus habitum, extra votum solenne religionis vinctum, teneantur eligere vnâ ex religionibus approbatis, quam profiteantur, ita ille.

Inde & processit damnatio secularum ab Urbano VIII. conc. incip. Pastoral. Rom. quam referi Tamburin. ibid. g. 11. quæ describit quænam illæ vsurpabant schemata publica quasi religiofæ vitæ, redigendo se in congregationes, collegia, domos probationum, assumendo superiorem, Præpositam generalem, in cuius manu tria vota religionis ad instar solemniū emitebant.

Quoad Beginas autem sub damnatione d. c. sancta non comprehenduntur declaratas in c. ratio de relig. dom. in extrauag. commun. ita describuntur; segregata quandoque in parentum, aut suorum, interuam vero in alijs, aut conductis, sibi communibus domibus insimul habitantes, cuiusdam honestas ecclesias de nocte frequentant, diocesanis locorum, & parochialium ecclesiarum rectoribus reuerenter obediunt, curiositatem disputandi aut auctoritatem, seu temeritatem potius predicandi, nullo modo sibi vsurpant, nec se vel alias, seu alios quoslibet promissis opinionibus, erroribusque inuolant: nec villa super his est, aut fuit hæcenus vota, seu suspicio contra eas, qua ipsas distinxerunt, quæ perpetuam sorte domino conuentiam deuouerunt, occasio præbetur ad lapsum &c.

Beginæ igitur non habent formam vitæ regularis, non emittunt vota in manibus rectorum, sed Episcopi, aut parochi, ab eo committunt; nec aliud quam castitatis, quæ loco & tempori astricte diocesanis locorum & parochialium ecclesiarum rectoribus reuerenter obediunt. et si hodie proprium parochum habeant, plerique locis, separatim à matrice parochia, vt vnus cura diligentius regantur, ex simili causa qualis est in c. 2. de adific. & repar. eccl. Rectrices etiam ad

ad mores inficipiendos, vt matres. à dicecefanis per aliarum electione constituuntur: quibus nulla vouetur obedientia; sed ex lege statutaria, & secundum statutum præfatur: propria bona & economiam retinent, à vulgo beginæ vocantur. *d. c. ratio fideles mulieres vocat, d. clem. & d. c. ratio & beginas: vbi adiungit hæc verba; ceterum statum beginarum huiusmodi, quas esse permittimus ( nisi de his per Sedem Apostolicam aliter ordinatum existerit) nullatenus ex præmissis intendimus approbare.*

Vbi duo simul proponuntur, & permissio, & tamen negatio approbationis status, permittuntur ergo ab ecclesia non tantum in domibus priuatis, sed etiam communibus ( vt ibi præmittitur ) habitare; nec tamen status illarum approbatur. quamuis perpetuam fortè Domino continentiam deuouerunt: vt loquitur *d. c. ratio; seu promissa*, inquit *d. clem. continentia, vel etiam non promissa, virtutum domino in humilitatis spiritu seruian.*

Non negat *Clem. V. aut Ioan. XXII. dd. II.* quin status virginum, aliarumue mulierum continentiam vouentium, aut seruantium à Christo probetur, Apostolis & ecclesia, ac nouissime *Trid. Conc. s. 24. can. 10. de sacr. mat.* sed eam approbationem negant, de quali agit, & exigit *e. 1. de religiof. dom. in 6.* nam nec prior illa defuit ijs, quos damnauit *Greg. X. in d. c. 1. Pius V. d. conf. 15. kal. decemb. 1568. & Urban. VIII. conft. pastoral.*

Igitur si de statu simpliciter loquendo approbato, testator sensit secundum veterem formulam; Beginæ illum non habent; vt diximus; & ita Domino deferuiunt, vt nec simpliciter mundum reliquise censentur. vt de solemniter professis loquitur *c. cum seculum. X. de iur. pat. & diximus in Consult. can. tit. de regul. c. 1.* Dixi simpliciter loquendo statum non habere, id est, secundum totam vitæ & instituti

rationem: sed procul dubio secundum quid: id est, quoad articulum promissæ aut propositæ continentiæ. status ille virginitatis, cœlibatus, seu continentiæ probatus, laudatus, & eximius est. *Matthæi 19. qui potest capere capiat: & d. canon 10. s. 24. anathema dicit ei, qui dixerit statum conjugalem anteponendum esse statui virginitatis, vel cœlibatus. & non esse melius ac beatius manere in virginitate, aut cœlibatu; quam iungi matrimonio.*

Vbi non tantum perpetua virginitas, sed & alius cœlibatus, ac viduarum castitas matrimonio præfertur, nec votiua tantum, sed & non promissa continentia: vt loquitur *d. clem. 1. vbi non probat Concilium vel Beginarum, vel aliarum virginum ex voto castè, modestè, deuotè viuientium statum, vt talem; sed dumtaxat virtutis, virginitatis, cœlibatus, continentiæ: adeoque antithesin facit non personarum sic vel sic viuentium; sed statum inquit, conjugalem, & statui virginitatis, vel cœlibatus: & rursus, manere in virginitate, aut cœlibatu; quam iungi matrimonio.*

Quod anathema dicitur aduersus eos, qui aduersantur doctrinæ *D. Pauli 1. Cor. 7. & illa verba finalia d. c. 7. beatorum autem erit si sic permanserit secundum meum consilium.* vbi *D. Paulus* virginitatem cœlibatumque commendat, & matrimonio præfert; & tamen concludit; *qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit; & qui non iungit, melius facit: vbi loquitur de statu virginitatis sine voto. nam qui matrimonio iungit virginem suam, quæ votum habet, utique non bene facit. de votiua autem agit 1. ad Thimot. c. 5. Cum, inquit, luxurians fuerint in Christo, nubere volunt: habentes damnationem, quia primam sedem (nota) irritam fecerunt. de quibus vltèrius *D. Augustin. in virginali & viduali continentia, excellentia muneris amplioris expetit. qua expetita, & electa, & vitæ debito oblata, iam non solum**

10.  
Sine voto  
obediens  
tæ.

11.  
Permissio,  
non ap  
probata.

12.  
Vtique se  
cundum  
totam vitæ  
rationem.  
nam status  
continentiæ  
probata  
tas omnino  
no est.

13.  
Status vir  
ginitatis &  
cœlibatus  
etiam ma  
trimonio  
præfertur.

14.  
Etiam sine  
voto.

solam capescere nuptias, sed, etiam si non nubant, nubere velle damnabile est. c. nuptiarum. 27. q. 1. c. voventi. 17. q. 1. Ad sensum ergo D. Pauli accipiendus est canon Concilij Tridentini, & vt agat generatim de statu virginittatis, aut cœlibatus (cœlebs autem est tam, inquit Spigel. in Lexico, qui caruit semper vxore, quam qui nunc caret, vt notatur in Rub. C. de infirmand. pen. calibat.) non autem de votiuo dumtaxat; sed & eorum qui viuunt sine voto, seu, vt inquit Clemens d. c. 1. promissa continentia, vel etiam non promissa.

Quemadmodum & illud D. Pauli, melius est nubere quam vri, ad non pollicitam pertinet, ad non velatam, inquit D. Ambros. ad virg. laps. l. 5. habent ergo beginæ statum virginittatis, cœlibatus, seu continentia eatenus probatum; non habent statum probatum simpliciter, spectantem totius vitæ conditionem: quod exigit d. c. 1. de religiof. dom. in 6. & declarat d. Clem. 1. in fin. d. c. ratio & ceterum. aliàs enim quomodo non probatus status promissa continentia dici posset? quâ tamen non obstante beginarum statum Clemens non vult esse probatum. Quod si ergo testator ad veterem formulam, quam diximus, intelligendus sit; beginæ non peruenerunt ad statum approbatum.

Videamus, si non ad eum rigorem testator intelligendus sit, an saltem peruenerint ad statum analogicum valde, atque æquino cum est vocabulum *Status*, varioque sensu accipitur. vnde Iob ait, homo nunquam in eodem statu permanet; medici morbi statum vocant, cum ad summum peruenit: sic in d. l. ex his, status etiam dicitur ætas maior annis viginti quinque: & apud Quintilianum status cause dicitur: in iure civili tituli sunt, De statu hominum, de statu liberis, ne de statu defunctorum post quinquennium queratur & c. & in iure canonico; De statu monachorum & canonicorum

regularium: eoque alij spectant, de conuersione coniugatorum, de regularibus & transeuntibus ad religionem, de voto, Qui clerici vel voventes matrimonium contrahere possint, & c.

Igitur statum esse volunt ex D. Thoma 2. 2. q. 183. ar. 1. vitæ conditionem, cui firmiter insistendum sit; & quæ variari leui saltum causa non possit. & sic Syluius in Resolut. V. Status honorabilis. r. 1. & 2. dicit votum continentia perpetua, factum in manu Episcopi vel ab eo deputati, constituere quem in statu; etiam honorabili, sed & alij quidam viri docti, nuper cœnuerunt deuotarium viuendum propterea non male statum appellari. vt pote in quo iure ita permittente perpetuo stare quæpiam intendat. quinimo Wamesius can. conf. 2. conf. 395. ex professo docet eum, qui citra coniugium carnale aut spirituale, seu votum, aut Ordines sacros, manere intendit in cœlibatu, esse in statu: & n. 3. Status, inquit, hominis triplex est; vel matrimonialis, vel cœlibatus, seu religiosus, vel sine horum altero, quem cœlibatum vocamus. quamquam Caietan. 2. 2. q. 183. asserat nec virginittatem, nec viduitatem constituere statum, nisi vinculo firmetur. sed & d. can. ro. de fac. mat. f. 24. Conc. Trid. vocat statum cœlibatus: & Clem. V. in c. attendentes. de Stat. men. in Clem. dum negat se statum canonicorum approbare; & Ioan. XXI. d. c. ratio beginarum statum esse aliquem fatetur, secundum analogiam, dum ei negat probationem. & ponit Clemens constitutionem suam sub rubrica de statu monachorum: & Vames. conf. 396. ibid. begins negat in approbato Ordine veritas, vel personas esse religiosas.

Secundum ergo hanc analogiam omnino dicendum est beginas esse in aliquo statu: nec illas tantum, quæ votum perpetuum habent, quale olim illarum fuisse videtur ex d. c. ratio in verb. peruenit

15.  
An beginæ peruenerint ad statum?

16.  
Analogicum status vocabulum.

forte Domino continentiam deuocunt; sed addidit forte. & d. ciem. 1. de relig. do. ait promissa vel non promissa. sed & illas quæ tantum (vt ferè hodie) secundum statuta curiæ, seu donec ibi manserint. vt etsi nõ obligatio, tamen intentio sit manendi perpetuò in curia beginagij, & cœlibatu.

Cùm tamen huiusmodi statum neget Clemens, & Ioan. XXII. esse approbatum, vtique secundum totam vitæ conditionem. sacro-politica illa approbatione, de qua in d. c. 1. de relig. dom. in 6. quæstio nostra eo deuoluitur, quo loquendi modo testator locutus esse censeri debeat; & quo sensu ad legatum vocasse consanguineos; an secundum considerationem illorum Pontificum, ac sacram ecclesiæ politiam, an remissiori modo secundum grammaticum standi sensum, seu aliàs? cùm & ipsa standi ratio vel ad tempus, vel perpetua, & necessaria, vel arbitraria intelligi possit. arbitraria in Beginis voto perpetuo nõ astrictis, necessaria in astrictis, etiam simplici. quod impedit quidem, sed non dirimit matrimonium, vt sollempne; & facilius dispensatur, non autem sollempne. & ipsæ quæ voto simplici, etsi perpetuo tenentur, de facto matrimonium contrahentes validè statum mutant, etsi illicitè; quod non accidit sollempni voto astrictis: quæ nullatenus mutare possunt: sed quicquid attentarint, & illicitum est, & inualidum. c. vnic. de vot. in 6.

Quod enim ad dispensationem pertinet, Innocentius III. in c. cum ad monasterium in fin. X. de stat. monach. abdicatio, inquit, proprietatis, sicut & custodia castitatis adeo est annexa regulæ monachali, vt contra eam nec summus Pontifex possit licentiam indulgere: cui nihil simile in iuris codicibus legitur de voto simplici castitatis. de alijs sanè votis legimus vt redimi, ac mutari possint. Rub. & tot. in. de voto & voti redemptione. & Bonifac. VIII. in c. vnic. de vot. in 6. cùm sollempne votum dicit matrimonium irritare, reliqua verò,

inquit, etsi quandoque matrimonium impediunt contrahendū; non tamen rescindere possunt post contractum. imò c. 1. X. de vot. considerandum dicit, an compensatio melior fuerit, & Deo magis accepta, & secundum hoc debet, inquit, exinde dispensare. & quidem multa sunt in quibus non tantum Papa; sed & Ordinarij dispensare possint, etiam nonnunquam in voto simplici perpetuæ castitatis. Malder. de iust. tract. 10. c. 5. d. 10. quod autem aiunt impossibile dici quod à Principis pendet voluntate. l. continuus. §. cum quis. & ibi gloss. D. de verb. signif. rectè accipiunt interpretes, cùm Princeps aut nunquam, aut quàm rarissimè dispensare solet; non autem cùm non difficulter. in voto sollempni diceret Innocentius nunquam dispensari; alijque dixerunt; historialisque in contrariū allegatas aut negarunt, aut de facto processisse, & non iure asseruerunt; vt apud Malderum de iust. tract. 10. c. 5. d. 9. §. dico 8. alij saltem dicerent rarissimas semper fuisse huiusmodi dispensationes; & non nisi ex summis Christianæ reipublicæ causis. sic Malderus: adeoque rectius Sanches lib. 5. de voto c. 1. v. 13. fatetur, simplicia vota esse perpetua quoad videntem, qui se ab illorum obligatione propria autoritate nequit eximere: at non quo ad dispensationem, qua ex causis, inquit, communibus passim conceditur &c.

Vt hinc deducatur plures esse status analogici gradus; simplicem cœlibatum sine voto; sub proposito in eo standi; deinde cum voto; non tamen perpetuo, denique cum perpetuo; sed simplici; ac tandem sub voto sollempni: quod perfectè statum, & quidem approbatum continet. ad hunc non perueniunt Beginæ, sed illius initium & tyrocinium. Malder. de iust. t. 10. c. 5. de voto. d. 10.

Allegant quidem quod ex instituto ecclesiæ sit ea sollempnitas; rei natura simplex & sollempne votum non differant. Azor. Instit. moral. 1. 12. c. 6. q. 1. neque illud vocabulum

P votis

19. Non status approbatus secundum modum loquendi decretalium.

20. Quo sensu statum vocasse restator censendus sit?

21. De status perpetuitate diuersa in sollempni voto, & simplici.

votis fuerit tributum primis quatuor post Christum sæculis: sed vt demus vocabulum etiam ante Bonif. VIII. c. vn. de vot. in c. non fuisse in vsu, (vt tamen fuit. c. fraternitatis. X. de frig. & malef.) rem tamen fuisse asserit Bonifacius: cum de præterito dicat voti solemnitate ab ecclesia fuisse inuentam, & institutum hoc esse Apostolicum, cuius aliud non exstet initium, exactè docet Malder. de iust. tract. 10. c. 5. de voto d. 3. quin & à Concilio Carthaginensi IV. manifestè agnitum, cui & Augustinus interfuit. adeoque quis illius sensus fuerit, quis Cælestini III. latè Malderus explicat: docetque semper in ecclesia fuisse notas, quibus vota simplicia, atque solemnia discriminarentur. quo modo hæc matrimonia irritarent, illa non æquè. solemnitate hanc in Carthaginensi reperiri, quod se Domino deuocant. & veste laicali abiectà, sub testimonio Episcopi, & ecclesia in religioso habitu appareant. cui ex Bonifacio VIII. d. c. vni. addendum est, ex posterioribus ecclesiæ constitutionibus, vt fiat in religione approbata. religiosum porro habitum, de quo agit Concilium Carthaginense, complexum fuisse etiam velum professionis, quod profitentibus Episcopi imponebant: satis liquet ex omni antiquitate, vbi virgines velatæ dicuntur: sacrari dicuntur, sanctimonialiales vocantur c. sciendum. 27. q. 5. c. quicumque. c. monachum. 20. q. 1. c. virgines sacra. 20. q. 4. c. virginibus sacris. 27. q. 1. c. sanctimonialis virgo dist. 24. c. vidua. 20. q. 1. c. vt periculose ne. cler. vel mon. in 6. c. hæc verò que necdum. 27. q. 1. c. deuotis. 26. q. 1. forma Pontificalis de consecratione virginum, Trid. de reg. s. 25. c. 18. v. habitum suscipere quæ adeoque magis propriè Christo nubere dicuntur. quippe quæ præter castitatem, paupertatis, & obedientiæ votis ornatiore, Christo nubunt perfectiùs.

Igitur cum de vocis acceptione queritur, non aliter, inquit Marcell.

in l. 60. D. de leg. 3. à significatione verborum recedi oportet, quam cum mensuratum est aliud sensisse se statum. sed & cum origo & ratio grammaticæ ab vsu mutata est, hic maxime attenditur. l. labeo. D. de supell. leg. & generatim ad communem verborum intelligentiam recurritur, inquit c. 7. l. de sponsal. & verba in eo sensu retinentur, quem solent rectè intelligebantur generare. & cum voces habent plures acceptiones, exaudienda sunt in potiori significatione. l. 1. §. in perpetuum. D. si ager veligal simpliciter & non secundum quid Menoch. de præf. l. 3. præf. 40. n. 2. post Barthol. Alexand. Decium, vt in rebus etiam iudicandis attenditur id, quod præualet. l. queritur. D. de stat. hom.

Quare de voce *statu* dicendum videretur accipiendam illam esse in significatione propria, ac potentiori. & vt Philosophi loquuntur, analogum stat pro principali suo significato: nec recedendum à verbi significatione; nisi aliud testetur sensisse legatarius docet, inquit lex cum quidam. §. nisi D. de supell. legat. sed & vbi in verbis nulla est ambiguitas, non debet admitti voluntatis quæstio. l. 25. D. de leg. 3.

Quemadmodum Vlpianus no. l. ex factis. §. si quis rogatus. D. ad Trebell. ait, si quis rogatus fuerit, vt, si sine liberis decesserit, restituit hereditatem, si pin. l. 8. resp. scribit etiam naturalem filium efficere, vt deficiat conditio: & in libertino, eodemque conliberto hoc scriptis: mihi autem quod ad naturalem liberum attinet, voluntatis quæstio videtur esse, de qualibus liberis testator scribit: sed hoc ex dignitate, & ex conditione eius, qui fideicommissa, accipiendum erit, quod quidem responsum, an in fideicommissis liberorum nomine non tantum legitimi veniant, sed & naturales, latè examinat Menoch. de præf. lib. 4. præf. 78. sed hic satis est, conditionem testatoris in huiusmodi verborum ambiguitate esse expendendam, de quali statu senserit: & vt in homi.

ne vilis conditionis, nomine liberorum etiam venient naturales, in persona in dignitate constituta nõ item sic & casus noster videbitur recipiendus in sensu, qui testatoris dignitati, & conditioni conueniat. Vt & aliàs saepe decisum est attendendam esse qualitatem, & conditionem loquentis. *l. si miles vnum D. de testam. milit. vt eius etiam cui datur: l. plenum §. equitij, cum summa-rio, & gloss. in v. sensisse. vbi & alia leges, D. de usu & habitat. & subiectam materiam: l. si vno. D. locati verſ. sed est in verb. quasi non sit donatio, sed transactio, ob materiam locationis: cum summario Bartoli & legibus ab eo citatis. & gloss. in verb. transactio. c. solita X. de maior. & obed. in verb. si personam loquentis & eorum ad quos loquebatur, ac vim locutionis diligentius attendisses. vbi gloss. in v. si personam & quæ citat.*

Itaque consideremus conditionem testatoris, an illa faciat ad eligendam eius voluntatem in hac verborum analogia. fuit is vir doctus, iuris etiam peritus, presbyter, & pietate singulari. videtur ergo ex his confici eius verba accipienda esse secundum eam rationem, qua de statu, in digniori sua, & potentiori significatione accipitur, siue seculari, vt est matrimonialis, siue ecclesiastico, seculari, seu regulari, non tantum simplici coelibatu. de quo *V. Wamesius*. nam etsi hodie poena coelibatus sublata sint, quod arguit *Wamesius*, & vt loquitur *Constantin. in l. 1. C. de infirm. pæn. coelib. imposta iuris imperia velut quedam iuga soluit promiscue omnibus*; licetque adeo sit coelibatus, imò status, matrimonio anteponeendus, *d. can. 10. de sacram. mat. Trid.* tamen nõ dicuntur coelibem vitam ita ducentes statum habere ab ecclesia approbatum: *d. c. 1. de religioſ. dom. in 6. d. c. attendentes de stat. reg. in Clem. d. c. ratio in extrauſg. commun. de relig. dom.* sed & coelibatus communis est omnibus, antequam ad matrimonium carnale, aut spirituale se

determinent: atque ita videtur testator spectare eam determinationem, seu determinationis executionem: imperfecta ea est in proponente manere in coelibatu: perfectior in addente votu conditionale seu temporaneum, vt in instituto communi Beginarum: perfectior magis in perpetuo voto etſi simplici: perfectissima in suscipiente sacros Ordines, aut votum sollempne emittente. testatorem autem hanc perfectiorem, & quæ habet comitem statum ab ecclesia approbatum attendisse eę, quas recensuimus, illius conditiones persuadere videntur.

Præsertim cum in dubio is sensus recipiendus dicatur, qui pro religione, pro causa pia, pro ecclesia facit *l. sunt 43. D. de relig. & Alciat. in priuileg. pia cans. priu. 148. vbi post plures citatos ita claudit, & scribunt ubique omnes*. potro pro incitamento religionis facit, vt sensus perfectioris status assumatur: quo plures ad illum alliciantur, quam hæreant in coelibatu, sine voto sollempni, aut Ordine sacro non tantum, sed nec simplici perpetuo, ac ne quidem temporaneo, aut conditionali; sed simplici proposito coelibatus, non votui.

Enimvero à simili proponi non abs ratione potest huiusmodi argumentum; si ea que pro statu perfectiori expresso, seu monachatu, legata sunt, capere potest beata, bizoccha, seu tertiaria; poterit eo magis cum simpliciter conditio proposta est de ijs, qui peruenierint ad statum, illud vocabulum benignè intelligi, vt huiusmodi personas comprehendat; adeoque eis similes beginas. Atqui *Diana. p. 1. t. 2. resol. 84. & in sin. operis in Addit. Secundis resol. 28. querit an tertiaria & beata gaudeant priuilegio fori, & consequi possint legatum relictum pro monachatu, de priori & auctoribus, & Cardinalium responsum adfert, vtique priuilegijs gaudere, si viri in congregatione; foemina saltem in habitu à Leone X in Con-*

25. Eius quocum agatur.

26. Materie.

27. Secundum conditionem ergo testatoris categorice circumstantias.

28. Fauorem religionis.

29. An relictæ pro monachatu capax sit beata, bizoccha, tertiaria?

cilio Lateranen. *ſ. 11. in ſu. preſcrip-*  
*to egerint, regulam tertij Ordinis*  
*ſeruantes: de legato negatiuè ſen-*  
*ſiſſe refert Caſtillo, & Kiccium: ip-*  
*ſe autem affirmat, & eum ſecutus ut*  
*allegat d. reſol. 28. Ioannes Maria No-*  
*uarius, allegat Diana ſ. ſed hoc*  
*preſenti Nou. 123. ſeu auth. de ſanctiſ.*  
*Epif. collat. 9. vbi ſubſtitutiones, &*  
*reſtitutiones, ſi quis ſine liberis*  
*moriatur, aut matrimonio iungat-*  
*ur, ceſſant, ſi perſonæ talibus con-*  
*ditionibus ſubiectæ, ſiue maſculi ſi-*  
*ue fœminæ, monaſteria ingrediantur;*  
*aut clerici, aut diaconiſſæ, aut*  
*aſcetriæ ſiant. nec tantum de pro-*  
*feſſis monachis, aut ad ſacros Or-*  
*dines promotis agere liquidum fa-*  
*ciunt verba, ſi vſque ad ſuam vitam*  
*perſeuerauerint. ex quibus argumen-*  
*tum duci poſſet pro Beguinis. ſed*  
*quoad priuilegia, illis obſtat quod*  
*non ſunt tertij Ordinis, aut ſi quæ*  
*ſint, non geſtent habitum à Leone,*  
*& Cardinalibus requiſitum. nec*  
*vllus hic vſus id admittit, niſi quoad*  
*collegialiter & regulariter vi-*  
*uentes, & tria vota ſollemniter*  
*emittentes. Quoad legatum; ob-*  
*ſtat illis verſic. ſu. d. ſ. ſed & hoc*  
*preſent. qui ſubſtitutionem paupe-*  
*ribus aut captiuis factam tolli ne-*  
*gat per clericatû, aut monachiſm-*  
*um. quod Angelus extendit ad*  
*locum venerabilem: alij genera-*  
*liùs ad piam cauſam. & ratio d. ſ.*  
*redditur, quod pro matrimonio*  
*carnali ſpirituale ſuccedat, pro li-*  
*beris carnalibus monaſterium. c.*  
*in preſentia. X. de probat. Itaque ſi te-*  
*ſtator reliquit non pro matrimo-*  
*nio, aut liberis carnalibus, ſed pro*  
*pia cauſa, pro ipſo monachatu; ex*  
*nullo, inquit ſ. memoratorum modo*  
*eam ſubſtitutionem, aut reſtitutionem*  
*excludi permiſimus. & verò aliàs in*  
*grauamen religionis retorqueret-*  
*ur, quod in eius gratiam eſt inuen-*  
*tum; ſi, vt matrimonij carnalis*  
*conditio expleri poteſt per mona-*  
*chiſmû, aut clericatum, tanquam*  
*ſtatû perfectiorem, ( vt omne vo-*  
*tum ſoluitur per ingreſſum mona-*

ſterij. c. 4. X. de voto, & matrimonium  
 ratum, non conſummatum. c. 2. de  
 conuerſ. coniug. ) ſic monachiſmum aut  
 ſacrorû Ordinum conditio expleri  
 poſſet per id quod eſt imperfectius  
 ſcilicet per Beataram aut Begina-  
 rum vitæ genus. adeoque negatiuè  
 opinantium ſententia iuri eſt con-  
 formior, ac rationi.

Iterum proponi poteſt & hoc  
 argumentum in d. ſ. *ſed & hoc pre-*  
*ſent.* conditioni nuptiarum ſatis-  
 faciunt, qui monaſterium ingredian-  
 tur, inquit, aut clerici, aut diaconiſſæ,  
 aut aſcetriæ ſiant. & ſi vſque ad ſuam  
 vitam in his perſeuerauerint: adeoque  
 ſi Beginæ his poſſint comparari, ſi  
 non aſcendunt gradum probati ſta-  
 tus regularis, ſaltem gradum ſtatû  
 coniugalis tranſcendent; & cum  
 legatum debeatur etiam matrimo-  
 nij ſtatum dumtaxat aſſumentibus;  
 debebitur & illis, qui ſaltem  
 in ſtatû clericis, diaconiſſæ, vel aſce-  
 triæ fuerint, vrget ſanè hoc argu-  
 mentû. videamus ergo an Beginæ  
 ſaltem locum clericis, diaconiſſæ,  
 vel aſcetriæ obtineant, eundemque  
 fauorè mereantur? diaconiſſæ ſanè  
 multas qualitates exigebant. No-  
 uell. quomodo oportet Epif. 6. ſ. q. 1. 1.  
 nullam C. de Epif. & cler. Authen. dia-  
 coniffam. C. de Epif. & cler. c. diaconiſſ.  
 27. q. 1. vbi gloſſ. ſuo modo ordina-  
 bantur, & ad perpetuam caſtitatè  
 tenebantur. d. c. diaconiſſ. aſcetriæ  
 moniales erant: & pro iſtè habet  
 d. ſ. *ſed & hoc verſ. in perſonis que*  
*in monaſterium aut aſcetrium ingre-*  
*duntur. vt res ſic donatas ijs acqui-*  
*rant clericis aut diaconiſſæ, ſi ad*  
*finem vitæ perſeuerauerint. in pro-*  
*pria opera expendant, aut relin-*  
*quant; diſponant per vltimam vo-*  
*luntatem ſi voluerint. ergo pro vi-*  
*ris clericatus ſufficit: in fœminis,*  
*quæ monaſterium non ingreduntur,*  
*requiritur vt diaconiſſæ ſint.*  
*at in his votum eſt perpetuæ con-*  
*tinentiæ, vt nuptijs ſe ne queant tra-*  
*dere: d. c. diaconiſſam. at hoc non ha-*  
*bent Beginæ, ſaltem ex ſuo inſtituto:*  
 imò in diaconiſſis ſollemne votum  
 fuisse



fuisse olim videtur, aut ordinatio ad huius obseruantiam vt in viris diaconis quasi æquiualens extra characterem Ordinis propriè dicti per d. c. *diaconiss. in verb. si Ordinatio nem suscepit, & postea nuptijs se tradiderit, anathema sit, cum eo qui in nuptijs eius conuenerit.*

31. Nihilominus, argumentando ex ratione clerici utique ad mutandum statum, videri posset vt clericis, ita beginis legatum sub conditione nuptiarum relictum deberi, donec perseverauerint: vt vbi eadem est ratio, sit eadem iuris dispositio, sed neque omnimodo pares sunt termini. clerici leguntur simpliciter, non beginæ, in sortem Domini: & quamuis nubendo transire videantur in aliam stationem, ac coniugatorum castra, non tamen simpliciter censentur sub alia classe; sed & characterem retinent, & priuilegia quædam clericalia. *tot. tit. de cler. coniug.* beginæ nec characterem vllum adipiscuntur, nec, si ad matrimonium transeunt, vllum priuilegium retinent.

32. Fatendum est tamen similitudinem hanc non esse omnino disparatam, nec rationem omnino difformem: cum & diaconissæ fuerint, ordinatione non suscepta adhuc ad quam parabantur, eoque additum etiam videri, vt in clericis, ita & in his, *si ad finem vite perseverauerint*, ideoque, si vsus & sermo consuetus, non vulgi tantum, sed & eruditorum classis haberet, vt beginnerum status ita accipi posset, vt sub vocem *Status* comprehendere crederetur; non improbabili videretur benigna beginis sententia, & favoris ampliatio, nisi impediretur à concursu & favore Ecclesiæ substitutæ.

Quare in *lur. pont. nou. anal. de regular. n. 13. in fin.* Beginas pro personis ecclesiasticis, statum pro ecclesiastico, quamuis non in rigore, habitum iam olim fuisse diximus, secundum materiam, de qua quæ-

rebamus, vt Episcopis sint subiectæ; earumque ædes sacræ, aliaque bona communia, religiofarum domorum priuilegia fortiantur; oneribus sint ecclesiasticis subiecta; immunita laicis, ita tamen vt nec hinc habeantur priuate ipsarum res, aut personæ exemptæ à iurisdictione seculari, quamuis in literis, quas ibidem citauimus, personæ nominentur ecclesiasticæ.

Igitur in huiusmodi analogicis vocibus, dum quæritur qua significatione sint exaudiendæ; quam maximè inspicienda est materia subiecta; & circumspicendæ omnes circumstantiæ; tum rei, tum personarum, seu contrahentium, seu testantium, hæredum, legatariorum. *vt multis exequitur Euerard. in loc. legal. à materia subiecta, & singulatim n. 30. verba, inquit, ambigua sunt interpretanda largè vel strictè secundum materiam, in qua sit sermo de is. vnde si materia, in qua profertur, est fauorabilis, sit largè interpretatio: si verò est odiosa, & præiudicialis; sit strictè interpretatio &c.* atque capropter cum testator vultisset liberis bonorum immobilium alienationem, si ad statum ecclesiasticum venissent; respondi in odiosa hac clausula Beginam, & deuotariam comprehensam non esse, quippe secundum totam vitæ conditionem nec approbatum, nec principali ac propriissima significatione nominis, statum; minus ecclesiasticum, adeptam. Iterum substitutam ecclesiam sub conditione nisi hæredes statum ecclesiasticum amplecterentur, non excludi per deuotariam, aut Beginam: exceptis ijs, quas testator expresserat. si quidem in concursu personarum etiam, causarumque fauorabilium, summa ratio est, quæ pro religione facit. *d. l. sunt persona.* pro religione autem facit, vt Ecclesia in hoc concursu non excludatur, nisi per dispositionem propriè ac strictè acceptam, quamuis fortè sine huiusmodi concursu

in favorabili dispositione secundum ea quæ supra diximus, diuersimodè censeri possent, quod non raro accidere etiam docet Euerard. d. loco.

## De Regularibus.

## RESPONSVM XIV.

*Mortuo Abbate an Conuentus nouitios ad professionem recipiat?*

**Q**uoniam Concilium Trid. s. 25. de regular. c. 16. finito tempore nouitiatus habiles nouitios admitti, inhabiles eijci voluit vacante Abbatiali Sede, & finito nouitiatu, Conuentus B. Ordinis S. Benedicti nouitios ad professionem admittit, eamque excipit: quæritur an validè?

Non nisi  
ius habeat  
communi-  
ter cum  
Abbate id  
aliàs fa-  
ciendi.

*Si ad solum Abbatem, inquit Bonifacius VIII. in c. fin. de regular. in 6. pertinet creatio monachorum, eo defuncto nequibit nouus monachus à conuentu creari: alius poterit, si eorum creatio spectat insimul ad utrumque, consonans ratio est in c. 2. X. ne sed. vac. c. vn. eod. in 6.*

Benedicti regula c. 68. regimen monarchicum in suo Ordine esse voluit. *in Abbatibus, inquit, arbitrio pendere ordinationem monasterij. quamquam consilium adhiberi velit in multis: præsertim in grauioribus. de quo rectè Haftenus Diss. de monast. lib. 3. tract. 5. disp. 6.* ideoque rectè is consilium in receptione nouitij suadet, tametsi in professione etiam exigit consensum Conuentus, seu maioris partis; de iure, & communi sententia: quam exactè discutit Mirand. in Man. p. 1. g. 15. art. 2. non tamen secundum verba Regulæ: quæ solum consilij meminit. adeoque ad solum Abbatem creatio monachorum hic spectare videbitur: esto consilium adhibere debeat.

Quid si per consuetudinem, statutum, priuilegium, etiam adhibe-

re debeat consensum? & videtur si ad solum Abbatem spectet creatio monachorum, licet de eorum consensu & consilio, nihilominus illo mortuo auctoritatem non tranfire in Capitulum. *Ioan. Andree in d. a. fin. vt non idem sit electionem communiter collegio cum Abbate competere, vel ad Abbatem spectare, quamuis de consensu collegij. vt quamuis acta Abbatis sine consensu conuentus non valerent. c. ea noscitur X. de his que sunt à prelat. sine consensu. cap. tamen non tribuit ille consensus ius communis electionis. d. c. vn. 4. cum vero in verb. consilio sui Capituli vel assensu, cum etiam aliàs non succedat Capitulum in iura Prælati, nisi iure expressum. c. 2. in verb. cum nossum deatur cautum in iure X. ne sed. vac.*

Nisi ergo conuentus B. Specialem habeat consuetudinem, statutum, seu priuilegium creando monachos, vacante Sede Abbatiali, non valida erit professio, nec mouere eum debuit d. c. 16. de regular. Conc. Trid. quod compellat superiores, non conuentus: & casum Sedis vacantis dispositioni iuris relinquit, dum aliud non exprimit.

## De religiosis domibus.

## RESPONSVM I.

*Non sunt extinguenda monasteria leprosis seruientia, etsi pauci aut nulli nunc sint, aut non approbati Ordinis arguantur; nec bona illorum alio diuertenda.*

**D**ecretum Episcopi, quo bona monasterij leproforum applicuit nosocomio, quali in vno Concilij Trid. s. 25. c. 8. nec cum verbis congruit; nec cum mente Concilij, nec cum iuris ratione.

Non cum verbis, quia loquitur decretum d. c. 8. de personis ecclesiasticis, beneficia possidentibus, vel